PATRES QUARTI ECCLESIÆ SÆCULI.

—

S. GREGORIUS

NAZIANZENUS.

INDEX GENERALIS.

SAINT-CLOUD. — IMPRIMERIE DE BELIN-MANDAR.

S. PATRIS NOSTRI

GREGORII NAZIANZENI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OMNIA QUÆ EXTANT OPERA,

JUXTA BENEDICTINORUM VERSIONEM AD MELIOREM ORDINEM REVOCATA.

EDITIO NOVA,

ACCURANTIBUS

D. A. B. CAILLAU,

CANONICO HONORARIO CENOMANENSI ET CADURCENSI,

NONNULLISQUE CLERI GALLICANI PRESBYTERIS.

INDEX GENERALIS.




PARISIIS,

APUD PAUL MELLIER, BIBLIOPOLAM,

PLACE SAINT-ANDRÉ DES ARTS, 11.

1843.


THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE
LIBRARY

MONITUM LECTORI.

Comperta apud omnes est, nec encomio indiget, indicis generalis utilitas. Nemo enim nescit quanti fastidii sit et laboris, sine ejus auxilio, inquirere in magna et numerosa voluminum mole, ea quæ scire cupimus. In tanta rerum copia et varietate distrahitur lectoris attentio, lassatur animus ac tædio sæpe afficitur, et præ operis difficultate, frequentius evenit ut inquirere desinamus quæ nostrum intererat cognoscere. His ergo incommodis occurrere volentes, maxima cura doctissimi Maurinenses studuerunt suis in sanctorum Patrum editionibus indices texere virorum, sententiarum et rerum omnium memorabilium quæ in decursu voluminum reperiuntur et tractantur. Hos indices generales et alphabeticos, qui sunt quasi synopsis et breviarium omnium SS. Doctorum operum, multis adjunctis in nostra editione nova, et quibusdam ad majorem elucidationem mutatis et auctis, nostros fecimus ad opera sancti Augustini episcopi Hipponensis, sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi, sancti Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani, sancti Gregorii Nazianzeni Theologi, quorum indicum ope, uno veluti intuitu, summatim lectori subjiciuntur res omnes notatu digniores prout in voluminibus occurrunt. Boni igitur consule quidquid est laboris, lector benevole; fruere et vale.

Nota. Prior numerus litteris Romanis expressus, tomum designat; secundus notis Arabicis, paginam; littera *v*, ubi occurrit in tomis III et IV, versum indicat.

A

Aaron, Moysis non minus pietate quam corpore frater, I, 289; II, 462. Sacerdotum sanctissimus, I, 289. Ad vocationem promptus, quia vocantis ope confidebat, *ibid.* 82. Aaron inter eos qui ad montem acciti erant, quo tempore Deus Moysi miracula edebat, *ibid.* 71. Aaron ad montem accitur, *ibid.* 453. Extra nubem et in propinquo, dum Deus Moysi loqueretur, II, 181.

Aaron perillustris vir, cum filiis suis, sacerdotii oleo delibutus, I, 297. Unguentum in Aaronis caput usque ad barbam et vestem defluit, *ibid.* Aaron primus eorum qui a Moyse consecrati sunt, II, 181. Magni illius et sacrosancti tabernaculi mystes, II, 462.

Aaron, et ii omnes qui populi antistites fuerunt, non sine laboribus et sudoribus præfecturæ munus obierunt, I, 51. Aaron secundum Moysen primas apud Deum obtinet, *ibid.* 72. Nec tamen filiis saluti esse potest, *ibid.*

Aaron et Hur Moysis manus in monte suffulciunt, II, 297. Aaron alter, Gregorius senior, I, 238. Item Gregorius Nyssenus, *ibid.* 290. Aaronis æmulus Basilius Magnus, II, 462.

Aaron magnus, IV, 285, *v.* 678. Aaron fidelis sacerdos, *ibid.* 421, *v.* 316. Aaronis mansuetudo, *ibid.* 80, *v.* 188, etc. Aaronis virga, quæ floruerat, in arca servabatur, III, 11. Mors ejus filiorum, IV, 296, *v.* 124, etc.

Abacuc, liber canonicus, iii, 378, *v.* 23; iv, 509, *v.* 280.

Abaris. Abaridis Hyperborei sagitta, ii, 413. Basilius et Gregorius cum ea comparantur, *ibid.*

Abaridis Scythæ sagitta, iv, 6, *v.* 50, 51.

Abaris. Poëtæ narrant Abaridem ab Apolline, cui servierat, sagittam accepisse, cum qua Græciam peragrabat, edens oracula, et alia stupenda faciens, iii, 493.

Abdiæ minoris prophetæ liber canonicus, iii, 378, *v.* 22; iv, 509, *v.* 278.

Abelis munus acceptum, quare, i, 109. Abelis vox per tacitum cruorem audita, *ibid.* 376.

Abiron et Dathan adversus Moysen furore elati, ii, 232. Eorum arrogantia fugienda, *ibid.* 182. Abironis et Dathani contumelia et impietas a contentiosis hominibus renovatæ, *ibid.*

Abiud et Nadab cum solum alieno igne thura adolevissent, alieno quoque igne absumpti sunt, per id nimirum, quo impium facinus perpetrarunt, puniti, atque idem exitii quod et impietatis, locum ac tempus nacti, i, 71, 72.

Abjuratio impietatis et divinitatis confessio, in baptismo, quænam, ii, 378.

Ablabium monet Gregorius, ne, dum cupit sophista esse, virtutis oblitus, nihil sit nisi sophista, iii, 313, 314.

Abnegatio Dei duplex, verbo et actione, iv, 145, *v.* 233, etc.

Abraham solus, Chananæis universis præstantior, ii, 371. Peregrinus fuit, *ibid.* 204. Abraham ex fide justificatus, *ibid.* 74. Fidei testis, justitiæ laudem ex fide consecutus, i, 308, 309. Abraham Deum, non ut Deum vidit, sed ut hominem aluit, ii, 74.

Cur vigesima prima generatione patriarchatu ornatus est Abraham, ii, 348. Abraham filio, præter ætatem, donatus ad confirmationem alterius seminis promissi, i, 106. Abraham et patriarcha et novæ victimæ mactator, ii, 460. Abraham eum filium, quem ex promissione acceperat, beneficii auctori obtulit, *ibid.* novam et inauditam victimam Christique figuram, *ibid.* 74.

Abrahæ sacrificium, quo filium Deo libentius obtulit, quam ab eo primum acceperat, i, 391. Abrahæ sacrificio præstantius quod Machabæorum mater obtulit, nisi tamen hoc audacius dictum, *ibid.* 348. Abrahæ vernaculi, quamvis pauci essent, innumerabiles copias fugarunt, ii, 371. Abrahæ sinus, quicumque tandem ille est, i, 250. Abrahæ sinus expetendus, ii, 357. Misericordes excipiet, i, 445.

Abrahamo similis, Gregorius senior, i, 76, 262. Item Basilius Magnus, ii, 460.

Abraham Deo filium obtulit, iii, 421, *v.* 311, 312; iv, 546, *v.* 1. Abraham lex secunda, secundum vitæ simplicis exemplum, iv, 21, *v.* 489. Abrahami sacrificium, *ibid.* 177, *v.* 440, etc. Abrahæ sinus, *ibid.* 182, *v.* 580, 581. Abrahami sinum cupit Gregorius, *ibid.* 421, *v.* 37. Abrahæ sacrificium æmulatus est Nicomedes, dans filios Deo, *ibid.* 431, *v.* 145, 146.

Abrahamicus pater ab exilio redux saxis excipitur, ii, 201. *Vide* Eusebius Samosatensis.

Absalon parricida per Davidem excusatos, i, 498. Absalon non magis a patre defletus, quam pax absens a Gregorio Theologo, *ibid.* 498, 499. Absalonis manus cum illo, proverbium, *ibid.* 476.

Absalonem (erga) magna Davidis clementia, iv, 454, *v.* 321, etc.

Abstractio mentis quanta in duobus philosophis, i, 137.

Abugrio Gregorius fausta precatur, et illum laudat, iii, 321.

Academicus disputator a christiana simplicitate abscedit, ii, 436.

Accaron. Ethnici Juliano extincto, non amplius muscam quærent, Deum Accaron, i, 201.

Accusare quemquam tutum non est, iii, 161.

Accusator, si falsa objiciat, non nos sed se ipsum cædit, i, 505. Si vera, nos ipsos potius quam eum accusemus; a nobis enim illi sermonis materia subministratur, *ibid.* 506.

Acerbitates tolerare, ærumnæ est imminutio, iii, 131. Acerbitates hujus

vitæ in futuris bonis sunt absconditæ, *ibid.* 304.

Achab, ea vinea Naboth hortum facit, luxus ornamentum, muliebres delicias, II, 225. Achab, crudelis rex, I, 181. Achab alter, Julianus Apostata, *ibid.*

Achabi audacia, III, 427, *v.* 451.

Achan furtum toti nocuit genti, III, 455, *v.* 435, etc. Achan ob furtum, Hebræorum fugatur exercitus, *ibid.* 473, *v.* 62, etc. Tria hic Gregorius commemorat quæ in direptione Jericho furatus est Achan; nimirum auream linguam, sagum et didrachmum, *ibid.*

Acheron, Pyriflegetontes, Cocyti et Acherontes, quibus mali plectuntur, I, 209. Non solum a poëtis, verum etiam a philosophis gentilibus admissi, *ibid.*

Achilles, unde sic dictus, et qua ratione a Centauro educatus, II, 404.

Achillis equi Patroclis mortem lugentes, III, 225.

Acrimonia. Non omnis animorum acrimonia in vitio ponenda, II, 169. Sed ea tantum quæ inscitiam et temeritatem conjunctam habet, *ibid.* Acrimonia animi, cum ad pietatem accessit, zelum parit, *ibid.* 7.

Acteon a canibus pro fera laniatus, IV, 443, *v.* 60, etc. Acteon ille est venator quem sui canes pro cerva discerpserunt, *ibid.* *Vide notam.*

Acteon venator quem sui canes pro cerva discerpsere, IV, 743.

Acteones et Oriones infelices venatores, II, 400.

Actio sine fide accepta Deo non est, II, 30. Actio sine fide mortua est, *ibid.* 342. Actio sermone destituta, et sermo actione carens, æque imperfectæ res, *ibid.* 433. Actiones Christi ita nostrorum exemplaria sunt, ut tamen plenam perfectamque similitudinem fugiant, quare, *ibid.* 326. Actionis referendæ capaces infantes, qua ætate, *ibid.* 324. Actio contemplationem parit, *ibid.* 334. Actioni speculatio comparatur, *ibid.*

Actio. Non perinde oratio plerosque movet, atque actio quæ taciti cujusdam monitoris instar est, III, 113. Non agendum, nisi postquam est deliberatum, *ibid.* 295.

Actio beata, IV, 55, *v.* 19, 20. Actibus suis quisque metiuntur proximum, IV, 352, *v.* 29, 30. Actio et contemplatio, IV, 137, *v.* etc. Actio, quid? *ibid.* 150, *v.* 131. Actio cum contemplatione jungenda, *ibid.* 507, *v.* 214, etc.

Actoridæ, quinam apud Homerum, II, 415.

Actoris filii, corporibus et arte gemini, curruum celeberrimi ductores, III, 214.

Actus Apostolorum. *Vide* Apostolorum gesta.

Actuum Apostolorum liber, quid de Atheniensibus narret, I, 474.

Acus. Camelum acu admitti, natura impossibile, Deo volenti possibile, II, 123, 124.

Adad adversus Israëlem suscitatus, II, 442.

Adam Dei figmentum, II, 146. Adam solus a Deo afflictus, non tamen solus homo. Ita in divinis, Pater solus ingenitus et tamen Filium divinitatis consortem habet, *ibid.* 103. Primus Adam, apud Gregorium, Adam innocens, *ibid.* 277. Adam mandatum accepit, non quod Deus futurum ignoraret, sed quod arbitrio legem præscriberet, *ibid.* 504. *Vide* Primus homo.

Adamus per voluptatem et mulierem circumventus, II, 232. Eo adductus ut Deitatem sibi invideri credat, *ibid.* Diabolus in paradisum adversus eum irrepsit, I, 532. Adamus Evam pro socia hostem expertus est, *ibid.* 402.

Prima lege dignus habitus, præceptum minime servavit, II, 459. Adam sub peccato constitutus, *ibid.* 348. Adam paradiso exturbatus, I, 36. Casus illius ac pœnæ cui addictus est, brevis enarratio, II, 277, 278. Pœna cui ob mandati violationem obnoxius fuit, in misericordiam cessit, *ibid.* 268.

Adamus sibi et posteris cœlum clauserat, II, 289. Eidem participavimus, a serpente in fraudem inducti et per peccatum morte affecti, *ibid.* 204. In eo mortui sumus, *ibid.* 262. Per cœlestem Adamum saluti restituti sumus, *ibid.* 204. Pronuntiata in Adamum sententia, qua ratione in passione Christi rescissa, *ibid.* 286. Christus propter Adamum, hoc est, propter eum qui sub peccato factus est, I, 35. Novus Adam Christus, II, 118.

Christus nostri causa, novus Adam, ac Deus adversus peccatum patibilis, *ibid.* 115.

Adamus alter, in externa Christi Domini facie conspicuus, I, 532. Christus Adam alter, II, 277. Potestas tenebrarum in Adamum visibilem impetum faciens, in Deum incurrit, ac superatur, *ibid.*

Vetus Adam, unde exciderat, a Christo reductus, et ad illud vitæ lignum adductus, a quo scientiæ lignum male perceptum nos removerat, I, 37. Adam vetus totus in baptismo sepultus, II, 288.

Adami et Evæ soboles, Seth, II, 146. Adam et Seth, non diversæ naturæ, etiamsi primus a Deo effictus, alter ab Adamo et Eva procreatus, *ibid.* 285. Quid inde adversus Macedonianos colligi possit, *ibid.* Adamus Christi morte salvatus, I, 528. Adamo Basilius Magnus comparatur, II, 459, 460.

Adamus non ex dimidia parte lapsus est, III, 146; IV, 332, *v.* 169, 170. In Adamo mens prima peccavit, III, 149. In paradisum collocatus, ut operaretur, *ibid.* 368, *v.* 105, 106. Perfectiore arbore interdictus, *ibid.* *v.* 107. Dolis inimici et uxoris consilio gustat ante tempus fructum homicidam, unde pellicea tunica indutus et morti obnoxius ejicitur a paradiso, *ibid.* *v.* 112; 369, *v.* 9; 415, *v.* 156, etc.; IV, 50, *v.* 110; *ibid.* 117, *v.* 129, etc.; 226, *v.* 960; 292, *v.* 44, 45; 370, *v.* 99, etc.; 438, *v.* 345, etc. Adamus costæ suæ conjunctus, III, 418, *v.* 226. Homines ex Adamo mortui, IV, 445, *v.* 104.

Adamantio rhetoricæ libros postulanti rescribit Gregorius postulandos esse potius sacræ Scripturæ libros, III, 315. Eos tamen illi concedit, *ibid.* 316. Illum exhortatur ad Dei metum, *ibid.*

Adamas lapis indomitus, III, 461, *v.* 584, etc.

Adamas et magnes. Naturam eorum imitatur Athanasius; percutientibus adamas, et dissidentibus magnes effectus, I, 491. Adamas percussus nec contusus, eorum qui ex vulgi contagione detrimentum non accipiunt imago, II, 10.

Adelphium officiose salutat Gregorius, laudibus effert, et votis prosequitur, III, 279, 280. Se ad eum venturum pollicetur, *ibid.* Quod promissum non implevisset, se excusat, *ibid.* 281. Illum turpiter et misere prolapsum amore mulierum, erigere et corrigere conatur, *ibid.* 181, 182. Illi exprobrat raptas virgines et fœminas Deo consecratas, *ibid.*

Administratores reipublicæ objurgat Gregorius, quod Theotecnum diaconum sibi charum vectigalem fecissent, III, 137.

Administratores reipublicæ ab expilatione abstineant, I, 445.

Admiratio. Nihil admiratione dignum quod non permaneat, II, 476.

Adolescentes in flammis rore perfusi, II, 464. Adolescentes Athenienses, quo studio in sophistas tenerentur, *ibid.* 407. Adolescentes Spartani, in Dianæ festo virgis lacerati, I, 134. Adolescentes nugis delphicis ornati, *ibid.* 542.

Adonæus, nomen Juliano Apostatæ inditum, I, 140.

Adonidis hortus, IV, 114, *v.* 53.

Adorare et orare spiritu, quid, II, 147.

Adoranda tota Trinitas, I, 233.

Adorandus qui nostra causa suspensus est in cruce, II, 498.

Adorantes in Filio Patrem, in Spiritu sancto Filium, I, 542.

Adorata in Trinitate Unitas, I, 233.

Adoratio cur Spiritui sancto debita, II, 161. Adoratio cur creaturæ deneganda, *ibid.* 437. Adoratio Romanorum imperatorum eorumque imaginis, I, 142. Adoratio idolorum cum ritu Romano a Juliano imperatore permixta, *ibid.* 143.

Adulatio verbo non est amica, IV, 426, *v.* 5, 6.

Adulteris pavor, IV, 440, *v.* 29.

Adulterium in muliere pœnam constitutam habet; non in viro, II, 245. lege utique humana, et minime probanda, *ibid.* Secus lege divina constitutum, *ibid.* 246. Adulterium dicitur omne scelus in divinum Numen commissum, quare, *ibid.* 256. Adulterium in ligno, *ibid.* Adulterium, quidam cultus, II, 253, 254. Ne animo adulterium committas, corpore castitatem colens, *ibid.* Advocatio Christi, ut intelligenda, *ibid.* 246, 247.

Adventus Christi monarchiæ Romanorum epocha, I, 117. Adventus Christi

in Jerusalem, cum reditu Athanasii comparatio, *ibid.* 489. Adventus Christi secundus postremo terræ motu designatur, *ibid.* 485. Inopinatus erit secundus Christi adventus, II, 343.

ADVERSARIUS. Satis superque est unus adversarius, II, 112. Adversariis potestatibus bellum indicendum, I, 511.

ADVERSAM fortunam ferre facilius esse videtur, quam secundam conservare, I, 500. Adversa Deo pars, diabolus, *ibid.* 225. Adversæ res secundis plerumque utiliores, *ibid.* 35. Adversa, cum absunt, succumbere turpissimum, II, 34. In adversis promptissimum et fortissimum solatium, Dei recordatio, I, 385.

Adversa nobis aliquando mittit Deus, ut alios erudiat, IV, 182, *v.* 564, etc.

ADVERSITAS probis est luctatio aut tentatio, IV, 156, *v.* 3, etc.; 157, *v.* 3, etc.

ADYTUM horrendum in quod Julianus Apostata descendit, I, 126.

ÆACIDÆ, nihil essent in comparatione parentum Basilii Magni, II, 396.

Æacidarum mors, IV, 49, *v.* 85, 86.

ÆACUS. Æaci nepotes. *Vide notam* (29), IV, 703.

ÆGER. Quod ægrum est curari debet, non obteri atque confringi, III, 206, 207. Qui æger est, ejus qui integra valetudine utitur, medicam manum requirit, *ibid.* 223. Ægrotantium visitatio unum est ex præceptorum numero, *ibid.* 174.

ÆGRA anima Deo propinqua, I, 387.

ÆGROTUS, quibus de causis curandus, II, 327. *Vide* MORBUS, PAUPER.

ÆGINA. Plato e Sicilia rediens, ad Æginam insulam appulsus, ad quam accedere Atheniensibus capitale erat, maximum vitæ discrimen adiit. Tandem quidam Afer, Anicetis, meliorem se tota exhibens Græcia, quæ ab Æginetis de redimendo Platone nullatenus laborabat, eum atque ipsius famam et doctrinam viginti aut triginta minis coëmit, IV, 15, 698.

ÆGYPTIACÆ plagæ in Ecclesiam ab hæreticis, introductæ, II, 188. A Christianis, sub Juliano Apostata, cur et quomodo provocatæ, I, 199. Ægyptiaca tyrannide, hoc est, ferrea fornace, Israëlitæ oppressi, *ibid.* 228, 229.

ÆGYPTII, litterarum, ut quibusdam videtur, inventores, I, 163, 164. Osiridis cultores, II, 279. De vasis aureis et argenteis ab Ægyptiis commodato petendis, consilium etiamnum datur, spiritualiter intelligendum, *ibid.* 495. Ægyptii mari Rubro cooperti atque obruti, I, 103.

Ægyptii, populorum optimus et Christi amantissimus, II, 215. Gregorii Theologi populus: quibus de causis, *ibid.* Classis frumentariæ quam in urbem regiam ducere solebant, elegans et magnifica descriptio, *ibid.* 216. Ægyptii fide ac verbi prædicatione per totum orbem celeberrimi, *ibid.* 213. Cur optimi fructuum largitores a Gregorio Theologo appellati, *ibid.* Populos multos, et urbes magnas corporaliter, universum vero terrarum orbem spiritualiter alunt, II, 213. Catholicis Constantinopolitanis, nulla multitudinis Arianorum habita ratione, adjunguntur, *ibid.* 216. Ægyptii et Macedones Gregorium præter canonem, Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfectum expostulant. *Vide* GREGORIUS THEOLOGUS.

Ægyptiorum deus, Serapis, II, 216. Flagra numerosa, I, 107. Plagæ in Israëlitarum gratiam inflictæ, *ibid.* 229. Errores in fugam versi ab eo qui in Ægyptum pulsus est, II, 110. Ægyptiorum dii a Christo superati, *ibid.* 215. *Vide* HIRCUS, APIS, ISIS, OSIRIS, SERAPIS. Ægyptiorum dii Juliano Apostata extincto, a Christianis irrisi, I, 204. Deorum illorum nomina, *ibid.*

ÆGYPTUS a Josepho empta, II, 428. Propter Hebræos cruciatur, I, 535. Quærelis et murmuratoribus Israëlitis, solitudine melior, et optabilior, II, 399. A Christo ditata, ipsum vicissim alit, *ibid.* 213. Frumentis nimirum quæ ex ea Constantinopolim asportantur, *ibid.* Ægyptus a Gregorio Alexandrinæ sedis invasore vastata, I, 481.

Ægypti amœnitates et divitiæ, II, 213. Pyramides, *ibid.* 451. Cum hospitali domo a Basilio constructa haud comparandæ, *ibid.* Ægypti rector Palladius, *ibid.* 198. Præfectus secundo Philagrius, I, 487. Vinea ex Ægypto, hoc est, ex tenebrosa impietate, translata, *ibid.* 199.

Ægypti plagæ decem, III, 379, *v.* 1,

etc.; IV, 218, 219, *v*. 740, etc. Semper animo revolvendæ, ut magna Dei timeatur potentia, III, 379, *v*. 1, 2. Ægypto mundus comparatur, IV, 320, *v*. 4, 5.

Ægyptii dedecora adorantes, IV, 11, *v*. 193, 194. Ægyptiorum primogeniti necantur, III, 373, *v*. 90, 91.

Ægyptiorum episcoporum levitas, IV, 219, *v*. 747. Ægyptii exploratores mittuntur Constantinopolim, miseri et venales, *ibid*. 222, *v*. 834, etc.

In Ægypto, Christus recte adoratur et colitur, II, 274. Si diuturniorem in Ægypto moram faciat, ex Ægypto vocandus est, *ibid*.

Æmulatio seu zelus virtutem parit, II, 5.

Æneas patrem suum sustulit ex hostibus, IV, 469, *v*. 86.

Æones Valentinianorum fabulosi, II, 144, 210. Æones Marcionitarum triginta et octo, *ibid*. 346.

Aer pro Deo habitus et cultus, II, 70. Uberrimus et copiosissimus thesaurus, *ibid*. 85. Variæ de eo quæstiones, *ibid*. Cum respirandi facultatem largitur, sicque vitam conservat, parentum erga filios amorem imitari videtur, I, 287. Aër crucis signo sanctificatus, cum Judæi, ab instauratione templi sui, miraculo prohibiti sunt, *ibid*. 183.

Aër, quid? III, 432, *v*. 19.

Aerium et Alypium hortatur Gregorius, ut pecuniam Ecclesiæ a matre defuncta relictam exsolvant, III, 90.

Ærumnæ hujus vitæ ac miseriæ sunt paucæ, si cum futuræ vitæ spe conferantur, III, 392. In ærumnis Dei consilium et dispensationem sublimius, quam vulgus soleat, accipere debemus, *ibid*. Ærumnas, peccati pœnam esse, humiliter confitetur Gregorius, IV, 316, *v*. 35, 36.

Ætas plenum virtutis argumentum docendique maturitatem habens, trigesimus annus, II, 325. Quid commodi verus philosophus ex juvenili ætate percipiat, *ibid*. 36.

Æterna sola sunt appetenda, IV, 337, *v*. 51, etc.

Æternitas. Quid æternitate intelligatur, II, 265. Æternitatis, temporis, et ævi differentia, *ibid*. Æternitas et tempus in quo differunt, *ibid*. Æternitas quid, ex sancto Augustino, cujus nomen tacetur, *ibid*. 264.

Æternus. Quod æternum est, non protinus quoque principio, id est, origine caret, II, 94, 95.

Æthiopes inter, album esse, mira res est, IV, 32, *v*. 824, etc.

Æthiops atrum colorem vel ignis ardorem non objiciens, cujus imago, I, 130. Ecquando tantum laboris pro Christo suscepimus, quantum Æthiopum regina, ut Salomonis sapientiam audiret? II, 323.

Aetius ficto subdoloque animo ab Arianis damnatur, I, 483.

Ætna. Empedocles in ardentem Ætnam se præcipitem dedit, quare, I, 128, 129.

Ætnæus ignis, Juliani Apostatæ furoris imago, I, 146. Gigantis pœnas dantis anhelitus, *ibid*. ex fabula Græcorum quam Gregorius sugillat, *ibid*.

Ætnæis scopulis igneus fluvius emanat, III, 462, *v*. 606, etc. Ætnæi crateres Empedoclem prodiderunt mortalem, IV, 496, *v*. 281, etc.; 538, *v*. 1, 2.

Ætoli et Curetes de apri capite pugnant, IV, 49, *v*. 83, 84.

Ævum, quid? III, 342, *v*. 14. Ævum sempiternum thesauriza, IV, 134, *v*. 79, 80.

Ævum, in quo a tempore differt, II, 265. In quo ævum differt ab æternitate, *ibid*.

Affectus naturales non improbandi, IV, 86, *v*. 359, etc.

Affectus. Quorum communis est spiritus, horum affectus quoque est communis, II, 26. Quibus autem idem affectus est, eadem etiam ad credendum propensio, *ibid*. Plerique homines alios affectibus suis metiuntur, I, 129. Affectus amputandi, tam spirituales quam corporales, II, 258. Affectuum omnium iniquissimus simul et æquissimus, quis, *ibid*. 232.

Afflictio nonnunquam commodum est pharmacum ad salutem, I, 228. Afflictio plerumque prospero rerum eventu præstabilior, II, 442. Afflictio cito et in hilaritate succurrendum, I, 340. Afflictorum lacrymæ non spernendæ, II, 476.

Afflictiones turpi saluti præferendæ, IV, 321, *v*. 8, 9. Afflictos qui juvat, juvat se ipsum, IV, 448, *v*. 160.

Africanum non invisens propter valetudinem, per Nicobulum se excusat Gregorius, III, 306.

Agamemnon mortem non effugit, IV, 49, *v.* 94.

Agapeti, seu dilecti, erant qui postquam castitatem Christo dicaverant, ac sese monasticæ vitæ addixerant, cum virginibus plerumque Deo sacris cohabitabant, animorum tantummodo, non corporum amorem communionemque præ se ferentes, IV, 756.

Agapetos et agapetas cum dilectis viventes exagitat Gregorius, IV, 566, *v.* 1, etc.; 566, 567, 568, 569, 570. Bigamus magis laudandus quam Agapetus, *ibid.* 668, *v.* 5, etc. Agapeti aut ignem habent, aut ignis indicia, *ibid.* 571, *v.* 9.

Agave filii dilecti interemptrix, IV, 443, *v.* 55, etc.

Agenoris filius draconis dentes sevit, ex quibus gigantes extiterunt, II, 419. Fabulæ hujus applicatio ad eos qui citius antistites et sacerdotes consecrant, *ibid.*

Ager emissariis victimis præparatus in veteri lege, IV, 293, *v.* 60. Ager sanguinis, ubi effusum est pretium ejus, qui est sine pretio, *ibid.* *v.* 61, etc.

Aggæi liber canonicus, III, 378, *v.* 24; IV, 509, *v.* 281.

Aglaophon incredibili quadam elegantium formarum pingendarum et sculpendarum peritia claruit, II, 82.

Agnus, Paschæ victima, Christi figura; quare perfectus, masculus, anniculus, immaculatus, II, 488. Quare mense primo, a decima mensis, ad quintam decimam; et ex hædis qui in sinistra manu sunt, *ibid.* 489. Reliquarum ejus figurarum moralis explicatio, *ibid.* 490, 491. Agnus Christi nomen, quare, *ibid.* 136.

Agricultura, labor, IV, 53, *v.* 19, 20.

Agricultura ab Atheniensibus, siquidem ipsis fides est, inventa, I, 164.

Agrigentinorum tyrannus Phalaris, I, 152.

Alacritas. Nihil persecutorem ita superat, ut patientis alacritas, II, 6, 7. Alacritas animi mortuos excitat, qua ratione, *ibid.* 429.

Alacritas, quid? IV, 147, *v.* 38.

Alcinoï mensa deliciis referta, III, 9, 10. Alcinoï nemus, IV, 447, *v.* 141. Alcinoo regi eloquentia placet Ulysses, *ibid.* 474, *v.* 212, 213.

Alcmæones nihil essent in comparatione majorum Basilii Magni, II, 396.

Alcmæonis avaritia, IV, 14, *v.* 294, etc.

Alexander Constantinopolis episcopus, magnus Trinitatis propugnator et præco, II, 229. Oratione ad Deum fusa, impietatis ducem Arium oppressit, *ibid.*

Alexander ille est Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopus, vir sanctitate insignis, qui cum accepisset Eusebianos ab imperatore Constantino extorsisse, ut Arius in Ecclesiam reciperetur, ad arma Sanctorum confugiens, fusis lacrymis Deum precatus est, ne tale scandalum pateretur; eoque orante, horrenda morte sublatus est Arius.

Alexander Magnus, victo Poro vitam dedit, et Indorum regnum ipsi restituit, quare, I, 119.

Alexander, ut Atheniensibus placeret, liberalior erat atque magnificentior, et propterea regni sui theatrum Athenas nunquam non appellabat, III, 253, 254. Alexandri castitas, IV, 31, *v.* 818, etc. Alexandri mansuetudo, *ibid.* 33, *v.* 270, etc. Alexander vino perditus, *ibid.* 49, *v.* 91, 92.

Alexandriæ aliquid doctrinæ decerpsit Gregorius, IV, 197, 198, *v.* 127, 128. Alexandria, levis civitas, malis referta, fervor insanus, Arii mater, *ibid.* 213, *v.* 576, etc. Alexandria, magna civitas, commercio opulenta, *ibid.* 475, *v.* 228, 229.

Alexandria, doctrinæ omnis officina, I, 240. Ea in urbe, omnes obscuri et incogniti propter ipsius magnitudinem, *ibid.* Alexandria Constantinopoli æqualis, vel certe statim post eam numerata, omnibus rebus urbes omnes antecellit, II, 7. Nihil tam proprium habet quam acerrimum erga christianam religionem studium, *ibid.*

Alexandrinus populus orbi universo comparatus, I, 449. Alexandrina Ecclesia, quibus malis a Palladio duce affecta, II, 16. *Vide* Palladius. Alexandrinæ

sedis invasores, Georgius, Gregorius, Lucius, I, 475, 476; II, 14.

ALEXANDRINI per sexus et ætates atque artes divisi, cum civitas eorum publico honore aliquem excipit, I, 488. In eos a quibus injuriam acceperunt acerbissimi, *ibid.* 487. Quod pœnarum genus a Georgio Athanasii adversario exegerint, *ibid.*

Alexandrinorum erga christianam religionem studium, a voluntate quidem principium ducens, a natura postea confirmatum, II, 7. Alexandrinorum crudelitas in Christianos, sub Juliano imperatore, I, 147. Temporis licentia immoderata abutuntur, et templum Dei cruore victimarum et Christianorum implent, *ibid.*

ALIMENTA pauperibus in unum coactis, a Basilio distributa, II, 427.

ALIPTES. Cyprianus (Carthaginensis) in exilio positus, aliptem fidelibus se præbet, I, 537. Aliptæ virtutis erant, qui, sub Maximi persecutione, Martyrium non usque ad mortem passi fuerant, II, 397.

ALIUS : vox de alienis, sed de iis quorum eadem substantia est, usurpata, II, 356.

ALLEGORIA. In allegoriis media via tenenda, quænam, II, 486. Rerum honestarum significationes et species, turpitudine vacare debent, *ibid.* 19. In Christianorum allegoriis nec externa species indecora est; et quod occultatur admirandum est, I, 172. Contra in allegoriis quibus Ethnici deorum suorum flagitia excusare nituntur, *ibid.* 172, 173.

ALLEGORICA Dei nomina, Spiritus, Ignis, Lux, Charitas, Sapientia, Justitia, Mens, Verbum, atque similia, II, 69.

ALOIDÆ sunt Otus et Ephialtes, quos ex Neptuno peperit Iphimedia, uxor gigantis Aloei, Terræ ac Titanis filii, III, 496. Hos nono ipso ætatis anno novem cubitis latos et novem ulnis altos facit Homerus, *ibid.* Gigantibus contra superos bellum parantibus, cum ad illud accedere non posset Aloeus senior, misit Otum et Ephialtem, qui Apollinis et Dianæ telis confixi perierunt, antequam ad pubertatem pervenirent, *ibid.*

Aloydæ gigantes, II, 24.

ALPHABETUM Hebraïcum constat viginti duobus litteris, quibus concordat numerus librorum Scripturæ, III, 379, *v.* 29.

ALPHÆUS, Arcadiæ fluvius, per mare dulcis fluens, II, 414.

Alphæus amnis per mare salsum fluit, et dulcem aquam servat, IV, 486, *v.* 22, etc.

ALTARE aliud est, cujus figuræ sunt ea quæ nunc videntur, II, 42. Huic astabimus, et in eo sacrificium afferemus tanto iis quæ nunc offeruntur præstantius, quanto veritas umbræ antecellit, *ibid.* Altare adversus altare a Maximi Cynici sectatoribus erectum, *ibid.* 43. Altaris ministrorum inopia, multis de causis sublevanda, *ibid.* 31. Quænam istæ causæ, *ibid.*

Altaris oblationes nihil aliud sunt, quam quod nos *Missæ* nomine intelligimus; hoc est sacrificium illud quo sacerdos Deo Patri corpus et sanguinem Christi offert, IV, 711. Vult Gregorius Missarum oblationes hoc nobis conferre, ut Christi incarnationi, ejusque cruciatibus communicemus, *ibid.*

ALYPIANA sororis Gregorii filia, a marito Nicobulo, ut parva, cavillis agitatur, III, 23. Gregorius ejus suscipit patrocinium, *ibid.* Alypianæ, quam filiam charissimam vocat, liberis relinquit Gregorius omnes Cæsarii fratris vestes, III, 331.

ALYPIANA virgo, virginitatem professa, proposito firmiter adhæret, III, 217.

ALYPIUM et Aërium hortatur Gregorius ut pecuniam Ecclesiæ a matre defuncta relictam exsolvant, III, 90, etc. Alypio familiam suam a Palladio vexatam commendat, *ibid.* 121, 122, 123, 124. Eidem commendat Fortunatum diaconum, *ibid.* 123, 124. et compresbyterum Lucianum, *ibid.* Illum cum sorore ad precationem invitat, *ibid.* 126, 127. Alypius Simpliciæ maritus, *ibid.* 124. Viduam et pupillos moriens in cura et sollicitudine versantes relinquit, *ibid.* 123.

AMABILIS. Eumdem simul et amabilissimum et castissimum esse, haud facile contingit, I, 401.

AMALEC per crucem, Moysis mani-

bus adumbratam, oppressus, I, 297, 298.

Amalec transitu Israëlem arcet, III, 74. Amalec vincitur, Moyse manus extendente, IV, 160, *v.* 1, etc.

Amazonia virgo, Gregorii propinqua, a quo Theodoro Tyanensi commendatur, III, 217.

Amazonium Gregorius commendat Sophronio, III, 58. Magnæ eruditionis dat specimen Amazonius, *ibid.* Hunc amicorum in numero eximium habet Gregorius, III, 135.

Ambitio, quid? IV, 149, *v.* 95.

Ambitio, omnium malorum parens et origo, II, 41.

Amicitiæ in supremo gradu aliquid tribuens, laude dignus est, III, 20. Amicitia a parentibus traducta, *ibid.* 24. Hæc amicitiæ lex est, ut omnia sint communia, tam tristia, quam læta et jucunda, *ibid.* 26. Ubi amplior est vitæ consuetudo, illic quoque amplius est experimentum, illic etiam perfectius est testimonium, *ibid.* 85.

Præstat conjunctionis et amicitiæ, quam dissidii ac vitæ solutionis arbitrum esse, III, 201. Amicitiæ officia minime prohibenda, *ibid.* 216. Amicitia benigna et facilis est, *ibid.* 242. Ultra amicitiæ fines accusare minime convenit, *ibid.* 252. Fidei ac sinceritatis in colenda amicitia magis habenda est ratio, quam omnium aliarum rerum in unum congestarum, *ibid.* 280.

Amicitia, ea quæ inter se disjuncta et remota sunt, propinqua efficit, III, 310. Amicitia pura minimeque fucata, rara et in paucis invenitur, *ibid.* 311. Morum similitudo amicitias maxime coagmentat firmioresque reddit, *ibid.* Amicitiam fovet studiorum consensio, IV, 201, *v.* 237.

Amicitiæ non posthabendus Spiritus sanctus, I, 286. Amicitiæ lex apud Christianos, quisque ipse est, qua ratione, *ibid.* 175. Nihil amicitia venerabilius, *ibid.* 284.

Amici fidelis excellentia, I, 289. præcipue si lucis filius sit et homo Dei, *ibid.* Amici ex mammona iniquitatis comparandi, II, 495.

Amicorum mundanorum lacrymas, luctus ac gemitus, ut diaboli illecebram, vitæque ad Deum ferentis impedimentum præterire suadebat Cyprianus, I, 538.

Amicus. Amico nil præstantius, IV, 135, *v.* 97. Verus amicus, *ibid.* 143, *v.* 177, etc. Amici eorum quæ sunt in vita pulcherrimum, III, 159. Amicis læta et fausta cupere decet, *ibid.* 58. Amici probi omnes et honesti, *ibid.* Amicis res communes, *ibid.* 129. Amicis res amicorum charæ, IV, 132, *v.* 26, 27.

Amicis id quod suave est, non debet solus consequi, sed et labores ac molestias ex parte suscipere, III, 129. Amicorum disjunctio Gregorium vividius afficit quam injuriæ sibi illatæ, *ibid.* 134. Suave est amicus, *ibid.* 308. Gregorius in beneficiis ab amicis accipiendis haudquaquam insaturabilis, *ibid.* 317. Amicorum condolentia maximum est in dolore solatium, IV, 480, *v.* 41, 42.

Amici falsi, quantum graves sunt, IV, 59, *v.* 1, etc. Amici multi esse profitentur ad calices, rarus autem erit seria tractanti, III, 24. Amicis pauperibus clausæ divitum fores, IV, 132, *v.* 29. Improbus homo nunquam amicus sit, *ibid.* *v.* 98. Amicis minime fidendum, III, 76. Amici ad levissimam afflictionem amicorum animo cohorrescunt, et eos deserunt, IV, 183, *v.* 606, etc. Amicos despicere non est æquum, *ibid.* 399, *v.* 3.

Ammon, Ægyptius deus, deus vaniloquus, IV, 222, *v.* 838; *ibid.* 495, *v.* 258.

Ammonitis olim vetitus templi ingressus, IV, 298, *v.* 184, 185.

Ammonitæ, quibus ne Domini quidem Ecclesiam ingredi licebat, in ea quæ apud Catholicos sanctissima sunt, irrumpunt, I, 66. Ammonitis comparantur qui dialecticis et impiis sermonibus adversus Divinitatem insurgunt, II, 380.

Amnes, nonnisi qualenus id expedit, redundantes, pacis et concordiæ documenta sunt, I, 227.

Amoenitates veris ad Encæniorum festum concurrentes, II, 478.

Amor, dulcis tyrannus, II, 27. Contemptus in zelotypiam convertitur, I, 87. Amor erga susceptos liberos, feram et agrestem vitam ad humanitatem ex-

coluit, II, 175. Amor non minus inter instituti ejusdem sodales, quam inter consanguineos et affines coalescit, I, 529. Amor linguam acuit; ad accusandum promptissimus et acutissimus est, *ibid.* 87.

Amor divinus animis nostris per ordinem infixus, II, 175. Amor mutuus, quasi data lege, promulgatus, cum Deus charitas dici voluit, I, 295. Legis observatione magis quam legislatoris laude, amor in eum declarandus, *ibid.* 87. Quis ovium erga pastores amor esse debeat, *ibid.* 89. Qui vero Dei amore præditi sunt, bono conjungi propter bonum ipsum exoptant; non autem propter honores in altero ævo reconditos, *ibid.* 129.

Amor nostri præposterus plurimum ad virtutem impedimenti affert, I, 33. Amor socraticus præ verecundia non omnino descriptus, *ibid.* 136.

Amoris vim totam in Deum effundere quam pulchrum, II, 250, 251. Castus Christi amor virginem ad Deum evehit, *ibid.*

Amore laborare leve est, tametsi dilatio ipsa molestiam afferat, II, 27. Amores corporum instabiles; pudici ac Deo grati, longe diuturniores, *ibid.* 411, 412.

Amor Dei, quid? IV, 151, *v.* 160, 161. Amor Christi omnes affectus mortales sopit, ut olim sanguinis fluxum Hemorrhoïssæ cohibuit, III, 458, *v.* 508, etc. Vis amoris Christi in persecutionibus, *ibid.* *v.* 513, etc. Amor in unum tendens firmus est, *ibid.* 431, *v.* 550, 551. Sic amor in Christum tendens propius Christo adjungitur, *ibid.* *v.* 560, etc. Amor pulchros amantes reddit, *ibid.* 432, *v.* 570.

Amor, quid? IV, 147, *v.* 42. Amor cæcus, *ibid.* 118, *v.* 161. Amor aërius vitio non caret, *ibid.* 119, *v.* 172. Origo impudentis amoris impudens aspectus, *ibid.* *v.* 183. Amor sursum tendat, III, 447, *v.* 231, etc. Non furandus adulterinus vitæ amor, *ibid.* 449, *v.* 278. Amor nostra omnia communia facit, III, 108. Amor suadet audaciam, IV, 202, *v.* 252. Amor magnam vim habet, cui potestas inest, *ibid.* 205, *v.* 341.

Amorrhæorum rex Seon, exiguus princeps, I, 97. De Amorrhæorum mensura nondum cumulata quæstio proponitur, *ibid.* 365.

Amos divinissime philosophans, I, 103. Qua ratione de Deo ac de ejus providentia disseruit, *ibid.* Ex caprario et mororum collectore fit propheta, II, 204.

Amos liber canonicus, III, 378, *v.* 21; IV, 509, *v.* 277.

Amphilochius (pater), maritus Liviæ, Amphilochii Iconiensis parens, Nonnæ frater, IV, 550, *v.* 1, etc. Filius Philtatii et Gorgoniæ, *ibid.* 552, *v.* 4. Hunc consolatur Gregorius de filio ad episcopatum assumpto, III, 94. Amphilochius amissa Livia conjuge, pro uxore egregia et prudente infelix sepulcrum habet, IV, 523, *v.* 5, 6. Vir doctus, nobilis, omnium tutela, et divini verbi præco, *ibid.* 551, *v.* 1, etc. Senex moritur, filios meliores parentibus ipsis linquens, *ibid.* *v.* 5, 6. Ad uxorem et filios apposuit cor suum beatam senectutem adeptus, *ibid.* *v.* 2, etc. Hunc Gregorius laudat, orationi orationem, quam ab eo edidicerat, rependens, *ibid.* *v.* 11, 12.

Amphilochius, qui in titulo falso dic videtur alter, pulchrum rhetoricæ delubrum, et Musis et Gratiis charus, IV, *v.* 1, etc. Hoc mortuo, commortua est eloquentia, *ibid.* *v.* 3, 4. Illo defuncto, oratores loqui audent, *ibid.* 552, *v.* 1, 2. Omnes Cappadocas eloquentia superavit, *ibid.* 1, 2.

Amphilochium (filium) primo fori judiciis occupatum; deinde vero Iconiensem episcopum, precatur Gregorius ut Euthalio diacono opem ferat, III, 16, 17. Illi commendat Nicobulum filiæ sororis suæ maritum, *ibid.* 24.

Amphilochius commendatur Sophronio præfecto, III, 37. Calumniis pro pecunia agitatur, *ibid.* 38. Eumdem offert Gregorius Cæsario præfecto, *ibid.* 39. Commendatur iterum Themistio, *ibid.* 39, 40. Amphilochius vir philosophus, cum nihil inique admiserit, negotia et molestias habet, *ibid.* Ab eo olera petit Gregorius, *ibid.* 41. Quod pauca miserit, exprobrat, *ibid.* 42. Illi minatur frumentum continere, unde periculum fiat Ozizalensi regioni, *ibid.* 42, 43. Amphilochio Glaucum commendat Gregorius, *ibid.* Illum laudat et ejus sacrosanctis sa-

crificiis se commendat, *ibid.* 229. Illi gratulatur, quod Parnassum usque ad vindicandam Bosporii episcopi causam, fuerit profectus, *ibid.* 248. Rem complere suscepto longiori itinere, adhortatur, *ibid.* Amphilochio emptionem Canotalorum fundi redintegrari jubet in testamento Gregorius, *ibid.* 332, 333. Testamento Gregorii subscribit Amphilochius vir pius, precibus morbos depellens frustra orat Vitalianum pro filiis, IV, 451, *v.* 242, etc. Misit illum Gregorius ad Deum cum sancta Thecla, *ibid.* 483, *v.* 102. Magnanimus fuit veritatis præco, *ibid. v.* 103.

AMPHIONIS lyra erat eloquentia, IV, 474, *v.* 195, 196.

AMULETUM magnum et pulchrum Trinitas, II, 311. Amuleta illa spernenda, quibus diabolus in leviores animos irrepit, *ibid.*

ANANIÆ et Saphiræ peccatum, III, 455, *v.* 432, 433.

Ananias et Saphira, novi pecuniæ fures ideo dicti, quod nova haud dubie sit propriarum rerum subreptio, II, 221. Ananiæ et Saphiræ, postquam Spiritui sancto mentiti sunt, horribilis infamiæ nota inusta, *ibid.* 163.

ANARCHIA, Dei loco, a quibusdam introducta, II, 93. Anarchi vox in Scriptura non extat, sed ex ea colligitur, *ibid.* 367. Anarchi nomen, cur Deo attributum, *ibid.* 265.

ANASTASIA ædicula, nomen a pietate habens, quare, II, 387. Supremum vale dicit Gregorius parvæ Anastasiæ, in qua primum fides pene extincta se surrexit, *ibid.*

Anastasiæ plebs Gregorio charissima, IV, 189, *v.* 1. Hanc sermonum suorum scholam vehementer desiderat, *ibid.* etc. In ea fides mortua a Gregorio resuscitata, *ibid. v.* 4, 5. Eam desertam et prædicatore destitutam luget Gregorius, *ibid. v.* 1, etc. Anastasiæ templum orthodoxorum, *ibid.* 230, *v.* 1079, etc. Anastasia dormienti Gregorio in somnio exhibetur, *ibid.* 305, *v.* 1, etc. Unde Anastasiæ nomen defflet Gregorius, *ibid.* 324, *v.* 12, etc.

ANATHEMA a Christo pro fratribus esse, ac nonnihil, ut damnatus, perpeti, Gregorius non recusat, II, 353.

ANAXAGORAS, omnia in omnibus esse credidit, II, 412.

Anaxagoræ cingulum a Juliano Apostata laudibus effertur, I, 137.

Anaxagoras librum de difficilibus quæstionibus edidit, quem *Dorum* nuncupavit, putans fore ut ii, qui hunc librum legerent, difficultatibus illigarentur, I, 553.

ANAXARCHI uter a Juliano Apostata laudatus, I, 134. Patientia coacta potius ac necessaria, quam libera et voluntaria, *ibid.*

Anaxarchus, manibus in mortario contusis, carnifices Anaxarchi culeum tundere jubebat, quasi Anaxarchus ipse minime contunderetur, hoc est philosophi anima, III, 51, 52; IV, 27, *v.* 688, etc.; 564, *v.* 2, etc.

Anaxarchus philosophus, mortuo Alexandro, apud quem in summo honore fuerat, in Græciam rediens, a Nicocreonte Cyrenarum tyranno interceptus, novo et inaudito supplicii genere cruciatus est, III, 498.

Anaxarchi philosophi verbum, qui cum in pila saxea, ferreis malleis, jubente Cypriorum tyranno, contunderetur: *Tunde*, inquit, *Anaxarchi* θύλακον, corpus significans, *nam Anaxarchum* non tundis, IV, 735.

ANCILLÆ dominarum sunt imagines, IV, 122, *v.* 250.

ANDREAS, Epiri apostolus, II, 205.

Angelica natura corporis expers, II, 89. Et si principium habuit, finem non est habitura, *ibid.* 104. Angelicæ virtutes primæ primum lumen hauriunt, et lumen ipsæ sunt, ac perfecti illius luminis radii, I, 225.

ANGELUS utrum pro suo quisque ordine illuminetur, an potius pro divinæ illuminationis modo, hanc vel illam sedem accipiat, ambiguum, II, 299. Angelus, captivitatis Babylonicæ juvenes, in mediis flammis refrigeravit, I, 358. Angelus superari nequit, II, 38. Qui cæteros ad seditionem concitare ausus est, dignas arrogantia sua pœnas dedit, lucis loco tenebris mulctatus, vel potius a se ipso caligo effectus, *ibid.* 225.

Angeli primum creati, II, 265, 266. Qua de causa creati, *ibid.* Angeli secundi splendores, primi splendoris administri,

ibid. An velut ignem materiæ expertem et incorporeum eos existimare oporteat, *ibid.*

Angeli. Nullum est dubium quin Angeli Deum videant, cumque visuri sint homines, cum æternam beatitudinem adipiscentur, II, 506. Cur spiritus et ignis vocati, *ibid.* 89. Nobis incorporei aut quam proxime ad hoc accedentes, *ibid.* Puræ naturæ, ad malum non facile mobiles, *ibid.* Quo sensu hoc dictum, *ibid.* Ut a summa pulchritudine illustrati, *ibid.* 90. Varia eorum ministeria, *ibid.* An spiritus mente prædíti, an quasi ignis materiæ et corporis expers, *ibid.* 266.

Angeli simplici natura prædili, cur in bonum immobiliter defixi, II, 150. Ad malum, primitus non omnino immobiles, sed ægre mobiles, *ibid.* 266. Ad malum (natura) non immobiles, sed ægre mobiles, *ibid.* Ad malum ægre vel nullo modo moveri possunt, *ibid.* 355. Ad id proxime accedunt ut (natura) impeccabiles sint, quare, *ibid.* 301.

Angeli post Deum primi: a Spiritu sancto perfectionem et splendorem habent, II, 355. Angeli, prima post primam, lucida natura, *ibid.* 483.

ANGELI *rebelles*, per boni fugam vitium effecerunt, illudque nobis contraxerunt, II, 266. *Vide* LUCIFER. Vitii per boni fugam architecti, ejusdemque nobis auctores, *ibid.* 265.

ANGELI *boni*. Dignitatis eorum primum illud est quod pacati sint ac dissidii expertes, I, 225. Hoc a sancta Trinitate acceperunt, ut unum sint, quemadmodum ab eadem illuminationem acceperunt, *ibid.* Puri purissimi Dei cultores, sacerdotium veneratione prosequuntur, *ibid.* 393. Baptismum propter splendoris cognationem celebrant, II, 299. Qua ratione Deum videant, *ibid.* 60.

Angeli cum corporea forma pinguntur, veste candidi ac splendidi, II, 5, 6. Quod naturalem ipsorum puritatem designat, *ibid.*

Angeli Ecclesiæ præsides, II, 388. Ecclesiarum præsides et patroni, *ibid.* 373. Angeli de quibus Joannes in Apocalypsi loquitur, quinam, *ibid.*

Angeli, Filii Dei, hominis pro nobis facti, gloriam prædicant, I, 36. In ejus nativitate hymnum dicunt, II, 273.

Angelorum vita, virginitas, II, 249. Julianus Apostata Angelorum opera extinctus, I, 97. Mortuo fideli optatur ut Angelorum choream spectet, simul tripudiet et exultet, *ibid.* 250. Angelos bonos incarnationis suæ conscios Dei Filius habuerat, II, 270. Angelos Sadducæi negarunt, *ibid.*

Angelus est natura materiæ expers, prima creatura, IV, 145, *v.* 4. Angelorum natura et officia, III, 410, *v.* 30, etc.; *ibid.* 411, *v.* 38; *ibid.* 361, *v.* 22, etc. Primum locum obtinent post Deum, *ibid.* 362, *v.* 50, etc. Lumina secunda sunt post Trinitatem, *ibid.* 410, *v.* 19; 488, *v.* 68, 69. Sunt lux Dei, *ibid.* 351, *v.* 23, 24. Angeli thronum Dei circumstant laudantes, III, 404, *v.* 4, etc.; 342, *v.* 79, 80.

Angeli non perfecti, si cum Deo comparentur, IV, 148. Angeli splendidi, forma carentes, circa solium Dei versantes, *ibid.* 360, *v.* 13, etc. Impeccabiles non sunt creati, *ibid.* 361, *v.* 20. Hæret Gregorius pertimescens Angelos qui Deo assistunt vitio subjicere, *ibid.* *v.* 30, etc. Angelus ad vitium difficile flectitur, homo facile, *ibid.* 362, *v.* 54. Angeli, conjugii expertes, *ibid.* 410, *v.* 14 et *v.* 35. Illorum cibus, IV, 25, *v.* 623, etc. Angelorum natura populis declaranda, *ibid.* 272, *v.* 312.

Angelus bonus, sit comes in via, III, 407, *v.* 20, etc. Angelus bonus, dux vitæ, IV, 187, *v.* 5, etc.

Angelus lapsus homines suum in peccatum conatur involvere, III, 362, *v.* 56, etc. Cecidit cum multis quos improbos esse docuit, *ibid.* *v.* 69. Invidet pio summi regis choro, *ibid.* 363, *v.* 71. Angelo malo cadente nil detractum angelicæ gratiæ, *ibid.* 571, *v.* 1, 2. Angeli mulieribus commixti, Græcum figmentum, III, 437, *v.* 491, etc.

ANGUIS frigidus, calore solutus, sinum recipientem vulnerat, IV, 419, *v.* 138.

ANGUIPES. *Vide* GIGANTES.

ANICETIS, Afer quidam, meliorem se tota exhibens Græcia, quæ ab Æginetis de redimendo Platone nullatenus laborabat e Sicilia redeunte et ad Æginam insulam appulso ad quam accedere Atheniensibus capitale erat, et maximum vitæ discrimen adeunte, hunc philoso-

phum atque ipsius famam et doctrinam viginti a triginta minis coëmit, IV, 698.

ANIMA ex Deo est, atque divina, supernæque divinitatis particeps, I, 31. Ad eam properat, tametsi viliori interim ac deteriori astricta sit, *ibid.* Anima ad Dei imaginem creata, *ibid.* 266. Dei et superorum imitatione, eaque sola, nobilitatem suam sartam tectamque tueri potest, *ibid.*

Anima veritatis dogmatibus imbuta, apud Deum ampla est et magnifica, II, 372. Anima beata et immortalis est, atque immortalibus vel suppliciis vel laudibus ob vitium aut virtutem afficietur, I, 38. Anima etsi principium habuit finem non est habitura, II, 104.

Anima. Multæ et inextricabiles de anima, ejusque cum corpore conjunctione quæstiones, II, 190, 191. Quonam modo corpori conjuncta sit nescimus, I, 313. Cur corpori conjuncta, prima causa, *ibid.* 31. secunda, *ibid.* 32. Anima hoc est corpori quod Deus animæ, *ibid.* Anima firma et aurea, recensque ad pietatem compacta, muro æreo innovato comparata, II, 471. Anima juxta allegoriæ leges, venter nominata, I, 383. Quanto anima corpus antecellit, tanto præstantius est eam purgare quam corpus, II, 257, 258.

Animæ interventu carni junctus est Deus, quare, I, 35. Animæ pulchritudo, quanti facienda, II, 36. Animæ et corporis bellum quam varium et ærumnabile, I, 313. Qua sapientia, et quo Dei arcano anima corpori conjuncta sit, et hujus belli lege constricta, *ibid.* Animæ integritas multis antiquæ legis præceptis significata, I, 72. Animæ cibus quis, *ibid.* 383. Animæ mors peccatum, II, 258.

Animæ status post mortem. Anima Deo chara, posteaquam hinc excesserit, protinus bonum quod eam manet, contemplatur, I, 254. Reconditam beatitudinem qualem jam nunc per simulacrum agnoscimus, percipit, *ibid.* Anima. *Vide* BASILIUS, CÆSARIUS, GORGONIA. Apostolus discessum a corpore, præsentiam ad Deum appellat, *ibid.* 255.

Animam corpori subjicere, iniquissimum, I, 32. Anima nihil præstantius habemus, *ibid.* 34. Animæ pennas addere, mundo eam eripere, Deoque dare, spiritualis medicinæ ac totius religionis scopus est, *ibid.* 34, 35. Aristotelis *De anima* sermones confutandi, *ibid.* 53.

Animarum dispensatoribus quænam lex statuenda, II, 376. Animarum medici, sacerdotes, I, 37. Animarum cura, ab iis tantum suscipienda, qui corpus deorsum trahens, quantum fieri potest, superarunt, auresque suas ac mentis aciem satis repurgarunt, *ibid.* 454. Animarum cura foro comparata, quare, *ibid.* 431. Animarum imprudentum calamitas in adventu sponsi, II, 343, 344. Absurda et præpostera, de animabus usquam alibi versatis cogitatio, *ibid.* 253.

ANIMAL. Idem animal mortale simul et immortale, qua ratione, II, 78. Animal ignem extinguens, salamandra, II, 414. Animal ex hirco et cervo conflatum, id est tragelaphus, *ibid.* 10.

ANIMANTIUM generationis ratio multiplex, II, 146. Animantium discrimina, et, velut in republica, vitæ officia enumerantur, *ibid.* 79.

Anima, quid? IV, 146, *v.* 23, 24. Anima tametsi nomine fœmineo appelletur, ab omni tamen fœminea natura remota est, III, 321, 322. Quamvis infinitam cogitationum multitudinem pariat, nec cogitationum passione dividitur, nec earum penuria premitur, *ibid.* 326. Anima divinitatis particula, lucis infinitæ, *ibid.* 349, *v.* 32, 33. Flatus Dei, *ibid.* 364, *v.* 1. Dei spiraculum, *ibid.* 424, *v.* 394; 39, *v.* 8.

A Deo anima defluxit, IV, 6, *v.* 59, etc. Dei flatus, meliorem partem semper cupit, *ibid.* 51, *v.* 151, etc. Materiæ mixta, III, 364, *v.* 1. Divina et immortalis, *ibid.* *v.* 3, etc. Non est ignis, nec aër, nec sanguinis harmonia, *ibid.* *v.* 7, 8, etc., *v.* 9, etc. Falsæ de anima opiniones confutantur, *ibid.* 365, *v.* 18, etc. Non est anima quædam universalis ad sensum Manichæorum, *ibid.* 366, *v.* 23, etc. Non migrat e corpore in corpus, ut vult Pythagoras, *ibid.* *v.* 33, etc.

Anima carni immiscetur modo incognito, IV, 367, *v.* 79. Animæ ex anima propagatio, *ibid.* 367, *v.* 82, etc. An ex traduce? IV, 42, *v.* 63, etc. Anima non statim vires suas exserit, sed

comparatur tibicini modo exilibus tibiis, modo grandioribus utenti, III, 368, *v.* 91, etc. Anima interrogatur quæ, et unde, et quænam sit, IV, 42, *v.* 63, etc. Anima cadaverifera, *ibid.* *v.* 64, etc.

Si cœlestis est anima, unde orta? An flatus Dei est? IV, 43, *v.* 75, etc. Si non ex Deo orta, quæ origo? *ibid.* *v.* 85, etc. Animæ nihil anteponendum, III, 117. Animæ et corporis ratio populis exponenda, IV, 272, *v.* 305. Animæ regere datum, *ibid.* 381, *v.* 9. Trigæ comparatur, tribus equis tractæ, nempe ratione, ira, et libidine, quarum prima libere dimittenda, secunda moderanda, tertia domanda, *ibid.* *v.* 10, etc. Anima ægra vicina est Deo, III, 34. Animæ puræ solius gratum est sacrificium, *ibid.* 452, *v.* 256.

Animam suam luget Gregorius, IV, 388, *v.* 1, etc. Hanc et objurgat, *ibid.* 381, *v.* 1, etc. Quis gemitus dignus anima quam occidit serpens, *ibid.* 389, *v.* 10, 11. Animam hortatur Gregorius, ut meditetur quæ ad se, ad Deum, ad mundi ordinem, ad finem ultimum spectant, *ibid.* 408, *v.* 1, etc. Animam excitat, ut diaboli fraudes caveat, *ibid.* 409, *v.* 1, etc. Animam jubet sursum aspicere, et mundi oblivionem cupere, ne carne ad vitium trahatur, *ibid.* *v.* 1, etc. Hanc carni adhærere prohibet, *ibid.* 412, *v.* 1, etc. Ab ea petit, quid postulet, *ibid.* 414, 415, *v.* 1, etc. Non dabit illi vitæ commoda, *ibid.* 415, *v.* 7, etc. Sed ut agilem avem ad æthera deducet, *ibid.* 416, *v.* 65, etc.

Animas Sanctorum sentire res nostras persuasum habebat Gregorius, III, 305. Animæ justorum thronum Dei laudantes circumstant, *ibid.* 404, *v.* 8, etc. *Vide* Mens.

Animalium naturalis erga prolem amor, IV, 456, *v.* 1, etc. Animalia pro prole pugnant, *ibid.* 457, *v.* 15, etc. *ibid.* 466, *v.* 28, etc. Animalia Deum non incusarent, si vocem haberent, quod talia vel talia sunt creata, *ibid.* 469, *v.* 88, etc. Animalium non decet adorare imagines, *ibid.* 486, *v.* 51, etc.

Animus generosus et indocilis cui comparandus, II, 169. Animus non omnino illiberalis et sordidus, ampliorem in vinea Domini laborem mercedis loco habet, *ibid.* 316. Animi perturbationes quomodo compescendæ, *ibid.* 257, 258. Animum ad pietatis studium, mutata vitæ ratione, transferre, rari omnino est exempli, I, 539.

Animorum morbus longe gravior quam corporum, I, 322, 323. A voluntate manat: et cum hinc demigraverimus, nobiscum abscedit, *ibid.* Non iidem animarum impetus sunt, maris et fœminæ, senectutis et adolescentiæ, divitiarum et paupertatis, *ibid.* 38. Alia ejusdem argumenti, *ibid.* Animorum relaxandorum spiritualis ratio Christianis proponitur in Martyrum festivitatibus, *ibid.* 294. Animorum nostrorum in alia corpora migrationes et circuitiones, dogma Platonicum, II, 53.

Animus mensuræ corporis non subjicitur, III, 23. Animi magnitudine præditi est amicorum potius libertatem quam inimicorum blanditias amplecti, *ibid.* 31. Animus a perturbationum servitute liber et immunis conservandus est, *ibid.* 304. Animus ad sentiendum acrior, vermis est ossium, IV, 265, *v.* 108, 109. Animum dolore conficit Gregorius, *ibid.* 371, *v.* 125, 126.

Anna Samuelem, prius etiam quam procreatus esset, Deo vovit, II, 311. Machabæorum mater, sacrificium suum cum Annæ Samuelem infantem offerentis sacrificio comparat, I, 356.

Anna, mater Samuelis, filium Deo consecrat, III, 456, *v.* 465; IV, 538, *v.* 4, 5.

Anna uxor Elcanæ cum esset animo amaro, oravit ad Dominum flens largiter et votum vovit. Voti autem compos Samuelem peperit, IV, 714.

Anna vidua Christum brachiis suscipit, IV, 538, *v.* 6.

Anna vetula et casta fœmina, Christum Deum in templo confitetur, II, 287.

Annæ duæ, mulieribus columen, IV, 538, *v.* 6.

Anna sacerdos detestabilis, III, 428, *v.* 486.

Annona recte esurientium Christus, II, 213.

Annulus Gygis. Per hujus annuli

conversionem Lydiorum tyrannis occupata, II, 413. *Vide* Gyges.

Annus jubilæus apud Hebræos, post annorum septimanas, II, 347. Quam remissionem operaretur, *ibid.* Anni tempestates unde? *ibid.* 88. Qua de causa distinctæ, *ibid.*

Anthimus Tyanorum episcopus, civitate sua in novæ Cappadociæ metropolim erecta, dioceses novæ provinciæ sui juris esse contendit, II, 446. Basilius antiquæ metropolis antistes, veteri consuetudini, quoad ordinem ecclesiasticum, detrahi non vult, *ibid.* Inde simultas inter utrumque, *ibid.* Anthimus Tauricos sancti Orestis reditus ambit; Basilii mulos iis onustos corripit, quo prætextu, II, 446.

Anthimus, Tyanorum episcopus, Martius vocatur, III, 74. Cum eo bellum gerere recusat Gregorius, re Basilio relicta, *ibid.* Illum ad se Sasimorum stabiliendæ sedis episcopalis causa venientem, insectatur, *ibid.* 76. Anthimus Sasimorum paludes invadit, reluctante Gregorio, *ibid.* 77.

Anthimum Procopio præfecto commendat Gregorius, III, 179, 180.

Anthropolatræ. Ut idololatræ vocantur qui simulacris divinos honores tribuunt, ita Apollinaristæ orthodoxos Anthropolatras appellabant, quod hominem a Christo assumptum fuisse crederent, sicque illum colerent, III, 510.

Anthropolatras Catholicos vocant Apollinaristæ, III, 149.

Antichristus, plena veneno bellua, homo potens, IV, 154, *v.* 245.

Antichristus, veretur Gregorius ne turbatis Catholicorum dissidio rebus superveniat, I, 504. *Antichristus a Judæis, ut quorumdam fert opinio, Christus habendus, totiusque orbis terrarum rex existimandus, in appendice in-folio.* Antichristi præcursor et diaboli administer Georgius, Alexandrinæ sedis invasor, I, 481, 482.

Antimachus prolixus, III, 81.

Antiochica Judæorum captivitas, II, 361.

Antiochus rex, a Machabæis oratione interpellatus, I, 350. Patria superna Jerusalem, quam nullus Antiochus expugnabit, *ibid.* Antiochus noster quotidianus, diabolus, *ibid.* 359. Machabæi, Antiochi temporibus superiores, *ibid.* 347.

Antistes. Non omnis ætas ad obeundum antistitis munus idonea, II, 287. Nec contrarium evincit Danielis exemplum, *ibid.* 288. Antistes numeris omnibus absolutus, quis, I, 81. Antistes simplex sit et varius; rectus et multiplex, *ibid.* 46. Improbitatis notam effugere non potest, nisi parem dignitati virtutem afferat, II, 429.

Antistites tam facile inventi, quam gigantes a poëtis efficti, III, 419. Antistites salutis principia nescire absurdum est, I, 484. Antistites futuros, qua ratione educari et institui oporteret, *ibid.* 469. Antistites a Paulo ad Timotheum scribente informati, *ibid.* 472. Antistites sancti beati, IV, 55, *v.* 13, 14. Antistitum simultates hæreticis aditum aperiunt, *ibid.* 331, *v.* 155, etc. *Vide* Episcopus. Antistitum splendide viventium descriptio et censura, II, 385.

Antisthenes Cynicorum magister, II, 53. Antisthenes primus novum hoc philosophiæ genus introduxit. Dicti sunt Cynici sive a Cynosurge gymnasio, in quo Antisthenes profitebatur, sive a canina mordacitate, qua in hominum vitas nullo discrimine invehebantur, *ibid.* 505. Percussoris sui nomen in fronte inscribit, quo fine, I, 136. Antisthenis vanitas, cum maximi cynici studiis comparata, et eis posthabita, II, 11.

Antistrophe, IV, 87, *v.* 386.

Antithesis pauperum et divitum. Per elegantem pauperum et divitum antithesim, divites ad misericordiam excitat Gregorius, I, 321.

Antitypa pretiosi corporis et sanguinis, ipsum Christi corpus et sanguinem apud Gregorium significant, I, 273, 274.

Antonius. Vitam ejus, ut monasticæ professionis normam conscripsit Athanasius, I, 468. *Vide* Athanasius.

Antrum Thessalicum et Montanum, quasi virtutis schola ab Ethnicis jactatum, II, 404.

Anubis, Ægyptius deus, IV, 222, *v.* 839.

Anysio bene valenti æger gratulatur Gregorius, III, 308. Anysius Urso me-

liora de Gregorii sanitate nuntiat, *ibid.*

Apammas dicitur Ægptius deus, iv, 222, *v.* 838.

Apenzinsenum prædium male a Meletio possessum moriturus declarat Gregorius, iii, 332.

Aper pro sua pugnat prole, iv, 457, *v.* 18, etc. ; 466, *v.* 30.

Aper agrestis et pravus, diabolus, ii, 432. Apris ferocioribus similes Eunomiani, *ibid.* 154.

Aper. Ex Homero sumpsit Gregorius versum ubi narrat Phœnix, quomodo circa apri Calydonii caput inter Curetes et Ætoles gravissimum prælium commissum fuit, iv, 49, 703.

Apes. Apum opera et victus, iv, 46, *v.* 21, etc. Apis imitanda, in legendo, *ibid.* 501, *v.* 41, etc.

Apiarium Christi sumus, ii, 479.

Apis. Apidis præsepe, hoc est vituli, Memphitarum vecordia ad luxum abutentis, ii, 279.

Apis Ægyptiorum deus, vitulus erat obesus et præpinguis, *ibid.* 215. *Vide* Memphis. Apis vitulus obesissimus, iv, 496, *v.* 271.

Apis aculeus, iræ mortem non afferentis, imago, i, 417. Apes quot et quanta, vere novo, sapientiæ documenta præbeant, ii, 479. Utinam nos quoque qui Christi apiarium sumus, eas imitemur, *ibid.* Apum in favis construendis labor et industria, *ibid.* 81. Hujus operis descriptio, *ibid.* Apum artificium Euclides nullus imitando expressit, *ibid.*

Apium Nemæum miseros adolescentes olim ornabat, i, 542.

Apocalypsis. Gregorii ætate dubitabant plures an inter Scripturæ libros esset recensenda Apocalypsis, nec Ecclesiæ judicio lis definita erat, iv, 751.

Apocalypsis Joannis a quibusdam admittitur, sed rejicitur a pluribus, iv, 510, *v.* 316, etc.

Apollinaris, fraterni inter Catholicos dissidii causa, i, 508. Deum nec pro nobis omnino genitum, nec a morte revocatum docuit, *ibid.* Mentem humanam a Christo assumptam negavit, *ibid.*

Apollinaristæ Christum dicebant hominem dominicum, iii, 144. Illum mentis expertem asserebant, iii, 146, 147, 155, 156 ; iv, 214, *v.* 608, etc. ; 233, *v.* 1185 ; 317, *v.* 70, etc. ; 331, *v.* 166, etc. Ejus loco divinitatem sufficere putabant, iii, 148, 155, 156. Mariam Deiparam non agnoscebant, *ibid.* 144. Dicebant Christum per eam, quasi per canalem fluxisse, *ibid.* Asserebant primo hominem formatum fuisse, et deinde Deum subiisse, *ibid.* Volebant duos filios, unum ex Patre, alterum ex matre, *ibid.* Fingebant divinitatem in eo, velut in Propheta per gratiam, non per essentiam fuisse operatam, *ibid.* 145. Crucifixum non adorabant, *ibid.* Christum filium adoptivum aut ascriptitium habebant, *ibid.* Sanctam carnem nunc depositam et divinitate vacuam mentiebantur, *ibid.* 144. Dicebant carnem Christi e cœlo descendisse, non a nobis esse, *ibid.* 146. Christum duo perfecta continere posse negabant, *ibid.* 147. Mentem damnatam a salute excludebant, *ibid.* 148. Vocantur a Gregorio sarcolatræ, *ibid.* 149. seu carnis cultores, *ibid.* 375, *v.* 28. Hanc incarnationis afferebant causam ut Deus incomprehensibilis comprehenderetur, ac sub carne, quasi sub velo quodam cum hominibus versaretur, *ibid.* 149. Refelluntur, *ibid.* 142, 159. Dicebant, remota carne, per solam voluntatem Deum salutem potuisse afferre, *ibid.* 149. Secundum Judaïsmum, secundam circumcisionem, et secunda sacrificia invehunt, *ibid.* 150. Eorum in dicendo fallacia, *ibid.* 155. Deum dicebant incarnatum eo sensu, quod fuerit cum hominibus versatus, *ibid.* 156. Secum ipsi pugnant, *ibid.* Opinionem potius quam veritatem carnis inducunt, quæ nihil passa sit, eorum etiam quæ peccato vacant, *ibid.* 157. Dicebant adorandum esse non hominem deiferum, sed Deum carniferum, *ibid.* Quæ Christi sunt male dividunt, *ibid.* 158. Catholicos criminantur quasi duas naturas dissociatas admittant in Christo, *ibid.* Apollinaristæ contra decreta imperalia sibi episcopos constituunt, *ibid.* 177, etc. Contra eorum ausus civilem potestatem invocat Gregorius, *ibid.* Invocat et Theodori Tyanensis auxilium, *ibid.* 210. Omnium ecclesiasticarum calamitatum acerbissima Apollinaristarum licentia, *ibid.* 274. Apollinaristarum errore ne Nazianzena

Ecclesia inficiatur sollicitus Gregorius, IV, 317, *v.* 64, etc. Apollinaristæ mentem a Christo assumptam fuisse negabant, quod illius locum suppleret divinitas, ut hæretici sentiebant, IV, 737. Apollinaristæ præter hæresim illam, qua Christo mentem adimebant, alterum quoque Judaïsmum, et Chiliastarum errorem renovare conabantur, *ibid.*

APOLLINARIUS. Ejus hæresis, III, 143, 144. A Damaso in occidentali synodo damnata, *ibid.* 506, *nota* (39). Ejus in Trinitatem error, *ibid.* 152. Eam constare dicit ex magno, et majore, et maximo, *ibid.* Scala hæc est non in cœlum subvehens, sed e cœlo dejiciens, *ibid.* Nova psalteria et Davidi contrarium sonum edentia scripserat, quæ pro tertio Testamento habebantur, *ibid.* 153. Apollinarii libellus hæreticam omnem pravitatem excedens, *ibid.* 275. Docet carnalem naturam in Filio a principio esse, *ibid.* Christum hominem mente minime præditum esse asserit, sed deitatem naturam mentis supplere, *ibid.* Unigenitum Deum mortalem dicit, et propria divinitate passum et mortuum, *ibid.*

APOLLO, Paulo plantatore, rigans, II, 171. Ecclesia, Gregorii ævo, in multos Apollones divisa, *ibid.* Accepit Deus et Pauli plantationem et rigationem Apollo, I, 442.

Apollo vaticinatur mortem deorum jam extinctorum, IV, 495, *v.* 253, etc.

APOLLO, vates obliquus, fraudem exemplo suo persuadens, I, 175. Apollo, Juliano imperatore sublato, rursus muta statua, *ibid.* 203.

APOSTOLICI et prophetici libri, Juliano extincto, soli evolvantur, I, 202.

APOSTOLI, quem ordinem inter se custodirent, II, 182. Præclarum et laudabile ordinis ecclesiastici exemplum effecti, *ibid.* Non omnes ad miraculum transfigurationis admissi, *ibid.* Apostoli multiplici ratione Spiritum sanctum sibi astantem experti, *ibid.* 356. Externis linguis loquebantur, an pluribus simul, et audientium propriis, an vero una tantum ex qua plures efficerentur, *ibid.* 360.

Apostoli, cur apud nationes multas peregrini fuerint, II, 205. Quam quisque provinciam Evangelii luce collustrarit, *ibid.* 205, 206. Quid ex umbra saltem ipsa operarentur, I, 487. Apostoli eorumque posteri, non sine laboribus et sudoribus præfecturæ munus obierunt, *ibid.* 51. Apostoli, quo sensu præclara colonia dicti, II, 387.

Apostolorum nobile fanum, Constantinopoli, I, 192. Festa eadem in urbe celebrata, II, 387.

Apostoli duodecim, III, 387, *v.* 1, etc. Eorum nomina, *ibid.* Apostolorum successus, IV, 22, *v.* 532, 533. Eorum charitas, *ibid.* etc. Omnia pro Christo relinquunt, *ibid.* 23, *v.* 555, etc. Cur eos pauperes Christus elegerit, *ibid.* *v.* 560, etc. Apostoli publicani et peccatores, ut eo majus sit doctrinæ miraculum, IV, 268, *v.* 192, etc. Apostoli minime vocandi sunt rudes et imperiti, *ibid.* 269, *v.* 230, etc. Quomodo sapientes convicissent Apostoli absque doctrina, *ibid.* 270, *v.* 238, etc. Eorum doctrina a spiritu, *ibid.* *v.* 245, etc.

Apostolorum templum Constantinopoli erectum, IV, 308, *v.* 59, etc.

Apostolorum gesta, liber canonicus, III, 379, *v.* 34; IV, 509, *v.* 296, 297.

APPETITUS. Quorum major est appetitus, ea difficilius comprimuntur, IV, 64, *v.* 103, 104.

APTITUDO ad bonum major vel minor est in diversis hominibus; nec tamen sola sufficit, ut in opus prodeat, II, 251.

AQUA pro Deo habita, et culta, II, 70. Quis aquam in nubibus alligat? *ibid.* 85. Cum fluida sit et labilis, cur non tota decidit, *ibid.* Aqua tum e petra emanans, tum edulcata, I, 107. Aqua falsa dulci admixta per Valentem imperatorem; cur et quomodo, II, 441, 442.

Aquæ, ut res quasdam desuper, quasdam per radices nutriunt, II, 84. Aquæ subterraneæ, quomodo specimen præbent eorum qui Deo philosophantur, *ibid.* 376.

Aquæ baptismo Christi sanctificatæ, II, 111. Aquæ Jordanis, Christi baptismo purificatæ, *ibid.* 272.

Aqua fluida est natura et deorsum vergens, IV, 146, *v.* 18. Aqua dulcis non mixta amaræ in mari, quod utramque volvit, III, 461, *v.* 597, etc. Aqua potio optima, IV, 132, *v.* 31.

Aquilarum volatum graculi explorantes, III, 53. Aquilæ pulcherrimum fuit, quod non putaretur esse pulchra, *ibid.* 80. Qui aquila esse potest, parvi pendere debet inter graculos numerari, *ibid.* 238. Aquilæ aquilis delectantur, *ibid.* 306. Aquila fœtus sui indignos projicit, IV, 96, *v.* 33. Aquila probat pullos solis radiis, *ibid.* 274, *v.* 371, etc. Aquilarum alia sublimitas, alia graculorum, *ibid.* 285, *v.* 672. Aquila prope pullos volitans, alas dirigit recens concinnatas, cum in aëriis spatiis fluctuant nondum fidenti volata, *ibid.* 432, *v.* 159, etc.

Ara Dianæ, juvenum cruore respersa, I, 134.

Araneæ in tela construenda labor et industria, II, 81. Aranearum artificium Euclides nullus imitando expressit, *ibid.*

Aranearum filis res humanæ comparantur, IV, 158, *v.* 1, etc. Aranearum telis potentes mali, *ibid.* 348, *v.* 2.

Arbitrii libertas, virtutis igniculus per arbitrii libertatem exsuscitatus, II, 257. Arbitrii libertas, cur homini data, *ibid.* 268. Quo Dei consilio homini concessa, *ibid.* 267. Arbitrio Adami lex præscripta, *ibid.* 502.

Arbitrii libertas, IV, 8, *v.* 122, etc. Arbitrium liberum, quid? *ibid.* 147, *v.* 37.

Arbor scientiæ boni et mali Adamo prohibita, III, 368, *v.* 107, etc. Arbor vitæ quasi sub igneo pessulo servata, ne quis homo accedat, *ibid.* 369, *v.* 122.

Arborum instar quidam stabant, quadraginta diebus, hybernis nivibus percussi, IV, 372, *v.* 150, etc.

Arbor scientiæ, qualis fuerit, II, 268. Bona quidem, tempestive percepta, *ibid.* Contemplationi comparata, *ibid.* Est in fabulis arbor, quæ morte vivit, et sectione pullulat, *ibid.* 35. Hujus modi quiddam vir philosophus esse videtur, *ibid.*

Arca Noë, quæ in diluvio vim diluvii evasit, eorum, qui ex vulgi contagione detrimentum non contrahunt, imago, II, 10. Arca fidei Noë commissa, per quam secundi mundi semina conservata sunt, cum Cæsarea civitate, arca salutis a Basilio Magno effecta, comparatur, *ibid.* 460. Cur Ecclesia Nazianzena arca Noë vocata, I, 410.

Arca Noë mundi diluvium sola effugit, IV, 230, *v.* 1081, 1082; *ibid.* 328, *v.* 40, etc. Salutis origo, *ibid.* 299, *v.* 206.

Arca Veteris Testamenti a Levitis gestabatur, II, 181, 182. Arca testimonii in Silo primum fixa, cum Anastasia ædicula, in qua Gregorius fidem catholicam primum instauravit, comparata, *ibid.* 387. Arca testimonii ab exteris occupata, miseranda res erat, non tamen adeo gravis, atque Ecclesia decore suo per contentiones et rixas spoliata, I, 499. Arcæ suæ venerationi consuluit Deus pœnis ab Heli sacerdote, et ab Oza sumptis, I, 72, 454.

Arca Dei Philistæis immixta, IV, 308, *v.* 69. Arca occidit eum, qui inclinatam eam tetigerat, *ibid.* 343, *v.* 101, 102.

Archangelus, sacerdos cum Angelis stat, cum Archangelis glorificat, I, 63. Archangeli vox et extrema tuba expectanda, *ibid.* 255.

Archelaus vestem muliebrem donat Platoni, qui eam recusat, IV, 15, *v.* 324, etc. Dat Euripidi aliquid quod Sophocles postulabat, *ibid.* *v.* 335, etc.

Archisacerdotalis sedes; nempe Constantinopolitana, II, 230.

Arenam supra ædificata domus, III, 391, *v.* 1.

Arcum nonnunquam relaxari oportet, II, 33.

Arethusiorum furor in Christianos, sub Juliano imperatore, I, 148. Virgines sacras, contumeliose habitas, proscindunt, dissecant, propriis dentibus comminuunt, *ibid.* Crudis earum hepatibus sese ingurgitasse feruntur; et palpitantibus adhuc visceribus suillum pabulum inspersisse; ferocissimosque porcos immisisse, *ibid.* 147. Quibus modis Marcum episcopum torquent, et qua de causa, *ibid.* 147, 148. Echeto et Phalaride crudeliores, *ibid.* 152.

Arganthonius, rex Tartesiorum, cui Anacreon poëta centum et quinquaginta tribuit annos; trecentos vixisse alii volunt, III, 521.

Argivus Pegasus. Ei tantum non erat per aërem ferri, quantum Gregorio et Basilio, dum Athenis agerent, mutua opera simul ad Deum attolli, II, 413, 414.

Argo navis ea fuit qua Jason ad vellus aureum rapiendum cum multis viris

clarissimis vectus est. Unde etiam Argonautæ dicti, IV, 738.

ARGUMENTA quibus Deum esse probatur, II, 77, 78. Argumenta in quibus scopum assequi utile est, et aberrare minime periculosum, *ibid.* 53, 54. Argumentorum infirmitate veritatem imminui et labefactari, *ibid.* 190.

ARGUTIÆ timendum ne in argutiis et captionibus fidem solvamus, II, 23.

ARIADNES, corona, quid, in comparatione crucis in cœlo fulgentis, I, 183.

ARIANISMUS Græcis a Latinis effingebatur, quod Græci tres hypostases admitterent, I, 494, 495. *Vide* LATINI.

ARIANUS populus in Catholicos furens, II, 385. Mutatis rebus non castigatus, *ibid.* Ariani furoris est, Patris et Filii et Spiritus sancti naturam scindere, *ibid.* 218.

ARIANI ad Filii Dei carnem impingunt, II, 502. Judicii perversitate Judæos, incredulitate dæmones superant, *ibid.* Cur Ariomanitæ dicti, 422.

Ariani Christum inanimatum hominem aiunt, ut divinitati passionem tribuant, III, 146. Arianorum audacia Ecclesias colligentium, *ibid.* 274. Arianorum syllaba, IV, 29, *v.* 728, etc. Ariani Catholicis paucitatem objectabant, *ibid.* 244, *v.* 1495, etc.

Ariani ut Filium a Patre sejungunt, atque inferiori loco ponunt; ita Spiritum rursus a Filio separant, inferioremque faciunt, II, 338.

Ariani : fraus eorum post Seleuciense concilium, I, 482, 483. Multi præsules ea decepti, *ibid.* Paucis exceptis, omnes in eam inciderunt; alii citius, alii serius, *ibid.* Quibus de causis, *ibid.* Ariani Ecclesiam multitudine definiunt; parvum gregem aspernantur; Divinitatem metiuntur, II, 197. In hoc uno concordes erant, quod in publicis conventibus se ipsos jactarent, I, 522.

Ariani, quibus modis Catholicos affligerent, II, 197. Malorum quæ ipsis intulerunt elegans et lamentabilis expositio, *ibid.* 198. Templa cruore Sanctorum contaminant et in sepulcra convertunt, *ibid.* 384. Ariani episcopi, sævi tetrarchæ orbis illius qui Valenti parebat, *ibid.* 423. Ariani, ab ipsis etiam præfectis qui eorum furori obsecundabant crudelitatis accusati, *ibid.* 200.

Ariani a Gregorio sugillati, quod pravo consilio Catholicorum dissidia observarent, I, 514. Insulsæ eorum adversus Gregorium objectiones, II, 201. Lepida Gregorii responsa, *ibid.* 202. Quæ mala eos impendeant, ob dissectam divinitatem, et male divisam, in id quod præest, et in id quod subest, *ibid.* 370, 371, 372.

Ariani ab Ecclesiis, quas Constantinopoli occupabant, expelluntur, et ea in urbe eorum hæresis instar nebulæ dissipatur, II, 224. Nycticoracibus similes, orta luce, aufugiunt, *ibid.* Dum Ecclesiarum potirentur, nox erat, *ibid.* Quæ noctis hujus calamitas : quot et quanta, ea durante, perpetrata facinora, *ibid.* Ariani in imperatores contumeliosi, *ibid.* 385.

ARIANA hæresis immitis et rapidæ cujusdam flammæ instar, magnam orbis terrarum partem percurrit, II, 12. Nicænis patribus compressa et extincta, sub Constantio rursus erumpit, *ibid.*

ARIANÆ mulieres, Furiarum instar, adversus Ecclesiam debacchantur supra naturam ad malum viriles, II, 225. Jezabeli similes, *ibid.* Mænadis quas fabula vocat cur comparatæ, *ibid.* 225, 226.

Arianorum dogma baptismi virtutem evacuat, II, 211. Arianorum in Catholicos vesania, *ibid.* 436.

ARIANZI prædium, ex Rhegini bonis ad Gregorii domum advenerat, III, 331. Illud testamento donat theologus Gregorio et Eustathio monacho, *ibid.*

ARIES in rationalis victimæ, hoc est, Isaac, locum substitutus, II, 497.


ARISTÆUS quidam, Thebanus vates, in penitissimos quosdam terræ recessus se abdidit, ut Deus et in cœlum raptus esse videretur, I, 128, 129. Fraus ejus deprehendenda, *ibid.*

Aristæus non Deus, sed homo, IV, 497, *v.* 286, 287. Aristæi vana jactantis supercilium, *ibid.* 539, *v.* 2.

ARISTAGORAS, Samiorum dux, ab Histiæo inducitur ut a Persis deficiat, I, 191.

ARISTIDIS laus, IV, 16, *v.* 341, etc.

ARISTIPPUS lepidissimus, IV, 14, *v.* 307.



ARISTOPHANE popularis gubernationis peritia potior Democritus, III, 238.

ARISTOPHANES Plutum oculis captum inducit, eo quod, nulla proborum hominum habita ratione, divitias indignissimis largiatur, IV, 19, 698.

ARISTOTELES, materiam æternam esse confinxit, II, 100. Vitia virtutibus vicina esse tradit, *ibid.* 453. Cum reciprocos Euripi æstus explicare non posset, præ mœrore obiit, I, 137.

Aristoteles præter quatuor rerum principia, seu elementa, quæ sunt, aqua, terra, ignis, aër, quintum, nempe cœlum, e materia quadam efformatum admittebat, II, 506, 507.

Aristoteles delphinum diutius in terra vivere posse scribit, quod spirandi facultate sit præditus, IV, 701.

Aristoteles cum Euripi Chalcidici naturam investigare non posset, maximo ex dedecore et ignominia dolore perculsus, vitam reliquit, I, 553.

Aristotelis de beatitudine, non virtuti solum, sed et facultatibus terrenis attributa, sententia non probatur, III, 51. Aristotelis epistolas quas Olympiano judici commodaverat ab eodem reposcit Gregorius, *ibid.* 314, 315. Aristotelis labyrinthi, IV, 6, *v.* 48, 49. Aristotelis mansuetudo, *ibid.* 83, *v.* 261, etc.

Aristoteles. Non ejus sed piscatorum more Gregorius docet, I, 522. Aristotelis balbutiem quidam imitabantur, II, 465. Aristotelis parca nimis providentia, artificium, mortales *de Anima* sermones, *ibid.* 53. pravum artificium, *ibid.* 188.

ARIUS contradicendi et nova de Deo prædicandi licentiam induxit, I, 474. Magnam Ecclesiæ partem concussit ac labefactavit, II, 422. Arius a furore pulchre nomen habens, II, 12. Quo sensu id a Gregorio dictum, *ibid.* 422.

Arius per tria unum oppugnavit, II, 378. Arius divinas tres personas in tria diversa et aliena separat, I, 456. Judaïsmi propugnator, *ibid.* 42. In obscœnis et impuris locis extinctus ; orationis non morbi viribus oppressus : ac Judæ instar, ob eamdem Verbi proditionem diruptus, *ibid.* 474. Alexandro Constantinopolitano præsule orante, interiit, *ibid.* 475. Mors illius horrenda, et Judæ proditione digna, II, 12, 13.

Arii hæresis pulchre furor nominata, I, 42, 456. Arius Divinitatem scindebat, *ibid.* 406. Arii divisio. *Vide* SABELLIUS. Paris impietatis est vel Sabellii more personas connectere, vel Arii instar naturas distinguere, II, 163. Arii et Arianorum novus Judaïsmus, *ibid.* 210. Arii discipuli divinitatem ingenito circumscribentes, non modo genitum, sed etiam procedentem divinæ naturæ finibus exturbarunt, I, 474. Arii et hæresis ejus descriptio, II, 12, 13.

Arius impius, Trinitatem non colendam asserit, IV, 213, *v.* 578, etc. Divinitatem Filii negat, *ibid.* 233, *v.* 1181, etc. Arii error Paganos imitatus, *ibid.* 506, *v.* 205. Dei essentiam dividens, *ibid.* *v.* 207.

ARMA. Armorum opifices ob licentiam qua fovebantur, ad audendum parati, II, 444. Basilio Magno in judicium contumeliose vocato, præfectum discerpere volunt, *ibid.* 445.

ARMENII, haud simplex et apertum genus : Basilio Athenas recens ingresso cur invideant, II, 409, 410. Contentiosis argutiis cum urgent succumbentes et terga vertentes Gregorius juvat ; mox deserit, *ibid.* 410. Victi et confusi, Gregorium Athenarum gloriæ proditorem vocant, *ibid.* 411.

ARMENIA optimorum virorum, imo et virginum ferax, IV, 436, *v.* 277, etc.

ARROGANTIA est cum quis nimium sibi placet, IV, 148, *v.* 85.

Arrogantia Dathani et Abironis, II, 181.

ARS, architectonica sancti Spiritus, I, 443. Ars artium, animas regere, *ibid.* 31. Ars magica. *Vide* MAGUS.

Ars est collectio disciplinarum longo usu parta, IV, 150, *v.* 134. Ars docet quod natura negavit, III, 463, *v.* 632. Artes sunt abjectorum hominum, IV, 53, *v.* 18. Ars opifex altera, *ibid.* 219, *v.* 756. Artes exigui essent pretii, si tantum volenti adesset possessio, *ibid.* 281, *v.* 564, 565.

ARTIFICIO carere summi artificii est, III, 241.

ARUSPICINÆ ars, laude ac prædicatione ab Ethnicis effertur, I, 197.

ASCALONITARUM in Christianos effre-

nis audacia, sub Juliano imperatore, I, 201.

ASCENDERE ad altiorem virtutis gradum omnes debent, I, 442.

ASCENSIO Christi, ut honoranda, II, 499. *Ascensiones in corde* ponebant hæretici, non theologiæ, sed blasphemiæ cum alius alium impietate superaret, I, 515.

Ascensio Christi nos sursum evehit, IV, 153, *v.* 221.

ASCETICA Basilii Magni, II, 420, 421, 425.

ASCIA et securis, cur olim super altare non ascenderent I, 404.

ASIA, impietatis schola Juliano principi, I, 113.

ASER patriarcha, III, 379, *v.* 3.

ASINAS quærens Saül, regnum invenit, II, 204.

ASINUS urbanus non pluris fit, quam qui rure degit, IV, 288, *v.* 784, 785. Asinus auri talenta gestans, *ibid.* 463, *v.* 176, 177.

ASPECTABILIUM rerum pulchritudo tanquam mensa nobis apposita, IV, 468, *v.* 68, etc.

ASPICIENTIUM vitium in rem aspectam transit ut in rebus physicis, ita et in moralibus, I, 502, 503. Hinc diversa de eadem re judicia, *ibid.*

ASPIS. Hæreticorum fœtus aspidum ovis comparati, I, 523.

ASSYRII. Apud Assyrios olim virgines maturæ viro, in publicum productæ, singulis annis venales iis proponebantur, qui uxores ducere vellent; primo pulcherrimæ quæque vendebantur, et ea pecunia, quæ ex pulchrioribus venditis collecta fuerat, aliæ connubio locabantur, IV, 699.

ASSYRIUS et Ægyptius censendus est qui animi instituto et voluntate ipsis adjungitur, II, 248.

ASTARTE. Aurum et argentum, non secus atque Gentiles olim Astartem, adoramus, I, 379.

ASTERIUM, præfecti Cappadociæ assessorem precatur Gregorius, ut Nicobulum injuste pro famulis vexatum vindicet, III, 204, 205, 206, 207, 208. Multas ad eum litteras, quæ perierunt, scripserat Gregorius, *ibid.* 207, 208. Georgium diaconum illi commendat Theologus, *ibid.* Asterium cum Olympio præfecto a Cappadocia discedentem fletibus et laudibus prosequitur, *ibid.* 213, 214, 215. Illum laudat, quod præsidis adjutor, et publicis deditus commodis, locum tamen det officiis amicitiæ, *ibid.* 214, etc. Asterium et ejus fratres, quos sacram triadem appellat, Hellenio commendat Gregorius, IV, 464, *v.* 193, etc.

ASTRA. In astrorum motibus confidentes invehit Gregorius, III, 356, *v.* 10. Astra non adoranda, utpote Dei conditoris opificia, IV, 486, *v.* 59, etc.

ASTRÆA. Aratus fingit Δίκην, seu justitiam, quam Latini Astræam vocant, bove cæso, terras reliquisse atque in cœlum avolasse, III, 529.

Astræa, bove cæso, in cœlum avolat, III, 457, *v.* 485.

ASTROLOGORUM ars, visa stella Christi ortus prænuntia, penitus concidit, III, 355, *v.* 56, etc.

ASTRONOMIA Babylonicorum inventum, I, 165.

Astronomia, solis ac siderum certa comprehensio non est, II, 87. Unde et quomodo acquisita, *ibid.*

ASTRONOMI, et mathematicorum genus omne, ut a Gregorio compellantur, I, 182, 183. Ad signum crucis, quod in cœlo sub Juliano imperatore visum est, provocantur, *ibid.* 183. *Vide* JUDÆI.

ASTUTIA in eo qui vim adhibere nequit, veniam aliquam meretur; in imperatore admodum turpis est, I, 143.

ATHANASIUS (S.). In divinis moribus ac disciplinis educatur, I, 469. Liberalibus artibus per exiguum temporis spatium tribuit, ne ea nescire videatur, quæ sibi contemnenda duxerat, *ibid.* Justorum omnium, tam eorum qui ante Christum quam eorum qui postea vixerunt, in se virtutes expressit, *ibid.* 467, 468. Divinarum rerum contemplationem et vitæ ac morum splendorem mirifice connectit, *ibid.* 469. Verbum belli socium in eo invenit; et Spiritus sanctus hominem qui pro se spiret, *ibid.* 470. Nondum in episcoporum numerum allectus primas tener inter eos qui Nicæam ad concilium generale convenerant, *ibid.* 478. Variæ hac de re opiniones, *ibid.* 479.

Athanasius, cunctis ecclesiasticorum

graduum muneribus perfunctus, Alexandrino populo præficitur, I, 470. Apostolico et spirituali modo ad Marci thronum evehitur, *ibid.* Quantam ejus ope indigeret Ecclesia, *ibid.* Quot et quanta ejus in Ecclesiam merita fuerint, *ibid.* Qualem in Ecclesiæ regimine se præbuerit, *ibid.* 471.

Athanasius vere homo Dei, ac magna veritatis tuba, I, 474. Quam rationem inter Sabellii et Arii dogmata tenuerit, *ibid.* 475. De trina unius deitatis sanctificatione pulcherrime philosophatus est, II, 265. Mirum videri debuisset si injuriarum et calumniarum ignibus non exploratus fuisset, I, 479.

Athanasius, tragœdiarum, quas pertulit, initium et causæ, I, 475. Quomodo Gregorius Theologus ad hanc tragœdiam nonnihil contulerit, *ibid.* 476. Gregorius quidam humanissime ab Athanasio exceptus, consilium, ut hominum sermo est, capit, adversus patrem et patronum insurgendi, *ibid.* Illatum Athanasio crimen, ex manu (Arsenii) mors viventis objecta : injustum exilium, *ibid.*

Athanasius divi Antonii vitam conscripsit ; monasticæ vitæ præcepta sub narrationis specie, tanquam lata lege, promulgans, I, 468. Cavendum tamen ne fictio in ea narratione existimetur, *ibid.* Sedes illius (cum secundo exularet) a Georgio invaditur Cappadoce quodam monstro, malo genere, animo pejore, *ibid.* *Vide* Georgius.

Athanasius exul, Ægypti monasteria peragrat, I, 479. Dum in monasteriis Ægypti versaretur, ostendit, et sacerdotium philosophiæ expers non esse, et philosophiam sacri antistitis institutione opus habere, *ibid.* 480. Qua illius veneratione monachi afficerentur, *ibid.* 479. Pauca ei ad sacerdotii perfectionem conferentes, multo plura ad philosophiæ utilitatem ab eo recipiebant, *ibid.* Eo submoto, idem Ecclesia pertulit, quod Samson ablatis crinibus, *ibid.* 486. Fuga illius præclara peregrinatio, pro Trinitate, et cum Trinitate suscepta, potius appellanda, *ibid.* 486, 487.

Athanasius, totius prope Ægypti concursu exceptus, cum, Georgio sedis ejus invasore morte mulctato, Alexandriam rediit, I, 486. Tanta erat effusio populi, ut fluvio magno, et Nilo comparari posset, *ibid.* 487, 488. Chæreum usque Athanasio obviam venit. *Vide* Chæreus. Eo fere modo Alexandriam ingreditur, quo Christus, dum pullo insideret, Jerosolymam ingressus est, *ibid.* 489. Cujusdam e vulgo sermone, ipsi imperatori prælatus, *ibid.* 488. occasione Philagrii Ægypti rectoris, *ibid.*

Athanasius Alexandriam reversus, ut pulchre se gessit, I, 490. Ita docuit ut vixit ; ita decertavit ut docuit, *ibid.* 489. Pares certaminibus honores consecutus, nihil egit honoribus illis indignum, *ibid.* De hypostasis voce dissidentes conciliavit, *ibid.* 495. Quod (Juliani Apostatæ artibus) ex Christianis decedebat, Gentilium accessione supplebatur, *ibid.* 492. Ideo sub Juliano Apostata rursus in exilium missus, *ibid.* Egregium virum triplici certamine vincere oportebat, *ibid.* 492, 493.

Athanasius, Joviano imperante, ab exilio revocatus, I, 492. Quod Nicænis patribus, circa Filium, prius concessum fuerat, in asserenda Spiritus sancti divinitate, superno afflatu, consequitur, *ibid.* 493. Imperatori donum vere regium offert : scriptam nimirum fidei confessionem adversus novum dogma, *ibid.* De eo dogmate conjectura, *ibid.* Confessionem illam, tum Occidentales, tum quidquid in Oriente vitale est, admittunt, *ibid.* Quod postea gessit pervulgatis atque omni fama celebratis ipsius exiliis et fugis nihilo inferius existimandum, *ibid.* 495. Studiorum in quæ incumbebat enarratio, *ibid.*

Athanasius, orbis oculus, sacerdotum antistes, fidei columen, secunda Christi lucerna, II, 15. Ægyptiis Joseph alter, *ibid.* 214. Unus omnia vere complexus est, quæ singulatim Gentiles diis suis tribuunt, I, 496. In omni Christianorum conditione, ob specialem quamdam virtutem, laudandus, *ibid.* 473. Quæ in eo parva fuerent, ad nominis celebritatem aliis abunde sufficerunt, *ibid.* Vita sua episcopatus norma efficitur ; ipsius dogmata pro fidei regula habentur, *ibid.* 496. In bona senectute vitam claudit, *ibid.*

Athanasii vitam conscribere Gregorius optaverat, I, 468.

Athanasium laudare idem est quod virtutem laudibus afferre, I, 465.

Athei, IV, 10, 11, *v.* 186, 187; 232, *v.* 1152, 1153.

Atheia a Sabellio propugnata, I, 42, 43. quo sensu, *ibid.*

Atheismus Epicuri, illis qui disputationes amant impugnandus proponitur, II, 53.

Athenæ, litterarum sedes et domicilium; Gregorio Theologo vere aureæ, II, 406. Athenas studiorum causa venientes, quomodo excepti, *ibid.* 408. Athenæ, quod ad salutem attinet, aliis pestiferæ; Gregorio et Basilio nihil detrimenti afferunt, *ibid.* 412, 413. Idolis supra reliquam omnem Græciam abundant, *ibid.* 413. Quo studio adolescentes in sophistas ibi tenerentur, *ibid.* 407. Quibus comparati, *ibid.* 408.

Athenæ litteris florentes, IV, 200, *v.* 211. Athenarum lex de cognoscenda juvenum vocatione, III, 237. Athenæ decus Græciæ, IV, 486, *v.* 44.

Atheniensium legatio ad Lacedæmonios, III, 131. Ejusdem successus, *ibid.*

Athenienses, agriculturæ, et navium extructionis, ut ipsi dicunt, inventores, I, 164.

Athletæ imperiti est in vana colluctatione vires profundere, II, 402.

Athletæ imperito, aërem ferienti similis est qui egregiam animi indolem vanis studiis occupari sustinet, I, 469. Athletæ æmulandi; qui supra siti sunt, victoriam extorquent, *ibid.* 511.

Athletas quovis tempore ac modo, ex omni sexu et ætate habere cupit Ecclesia, I, 359.

Athletarum inanes circa pulverem labores, IV, 462, *v.* 154, etc.

Atlanticum pelagus, nonnæ immodico largiendi amore flagranti, ad exhauriendum sufficere non potuisset, I, 413. *Vide* Nonna.

Atomi Epicuri, illis qui disputationes amant, insectandi proponuntur, II, 52.

Atramentum. Sagittis ex atramento confectis ferire, II, 433.

Attica luscinia, IV, 475, *v.* 226.

Attica, erga juvenes, Athenas studiorum causa venientes, consuetudo, II, 408. Aliis horrenda et inhumana, aliis perquam jucunda, *ibid.* Qua pompa juvenes illi deducantur, *ibid.* 409.

Attice loqui non magis Ethnicorum est quam Christianorum, I, 163, 164. *Vide* Græcari.

Audaciæ signa ne in minimis quidem disputationibus præbenda, II, 191. Audacia et fiducia quatenus differunt, I, 184.

Audacia est confidentia, ubi non est audendum, IV, 147, *v.* 55.

Audire minus periculosum quam loqui, I, 88.

Auditor, tanquam peritus quidam arbiter, inter orationem et veritatem, immeritas laudes improbat, et meritas efflagitat, si modo probus et æquus sit, I, 260.

Augiæ stabulum fimo congesto plenum, III, 10.

Augiæ stabulum fimo congesto plenum fuisse tradunt poëtæ, et ipsius repurgationem inter laboriosa Herculis opera recensent, III, 495.

Augurandi disciplina a quibus inventa, I, 165. Augurandi disciplina a Phrygibus, *ibid.*

Augusti jussu census factus, III, *v.* 52.

Augustinus (S.) ex Theologi Apologetico arma contra Pelagianos deprompsit, I, 70. *Hic tacite commemoratur a Gregorio.*

Aulicorum mores, IV, 242, *v.* 1424, etc.

Aulici nonnulli, sub Juliano Apostata, latrociniis vincunt centimanos, I, 193. Aulicorum officia, II, 238.

Aura quædam tenuis, Dei præsentiam Eliæ adumbrat, II, 74. Auram perflantem tenere, *ibid.* 370.

Aures cera claudendæ, IV, 127, *v.* 10. Aures claudendæ ad turpia, *ibid.* 139, *v.* 65, etc. In aure quam in lingua minus est periculi, *ibid.* 37, *v.* 969; 236, *v.* 1254. Auribus sit ostium, *ibid.* 368, *v.* 53.

Aures a Christo curatæ, IV, 182, *v.* 588.

Aurigarum vanæ luctationes, IV, 462, *v.* 155, etc.

Aurum vim magnam habet, ad per-

suadendum efficax, IV, 136, *v.* 143, 144; 223, *v.* 870. Aurum injuste collectum appellat Gregorius tectum et occultum tyrannum, III, 194, 195. Auro copiosior cinis, *ibid.* 427, *v.* 465. Auro nil pejus, *ibid.* 594, *v.* 4. Auri nefanda cupiditas, *ibid.* 596, *v.* 30.

Aurum, occultus tyrannus, per quem nunc multa sursum deorsumque, velut in talorum ludo, jactantur, II, 214, 215. Aurum vestibus assutum minus virium habet quam melote Elisæi, *ibid.* 205.

AUXILIUM Dei. Ipsum recte velle divino auxilio indiget, II, 251, 252. Auxilio suo destitutum figmentum suum Deus non dereliquit, *ibid.* 301. Adversus hostem internum magna perfectaque fide opus est, majori Dei auxilio, nec parva contentione nostra, I, 34.

AVARITIA manum siccat; eam largitio et beneficentia extendat, II, 330. Avaritia laudabilis est, si parlulum hic demus, ut in altera vita divites et copiosi simus, I, 446. Avaritiam, hoc est alterum idololatriæ genus, nullo supplicio novatus vindicavit, II, 292, 293.

Avaritia, quid? IV, 149, *v.* 120. Avaritia omnibus inhonesta, sed præsertim iis qui sunt Spiritus, *ibid.* 244, *v.* 1489, 1490.

AVARI bona coacervantis parabola, III, 393, *v.* 9, 10. Avari hirudini similes, *ibid.* 478, *v*, 79, etc. Avari semper egent, *ibid.* *v.* 83. Avarus hydropico similis, IV, 19, *v.* 446. Avarorum miseria, *ibid.* 20, *v.* 480, etc. Avari leoni similes, *ibid.* 100, *v.* 52, etc. Avari suos lenones habent, *ibid.* *v.* 67. Avarorum crudelitas, *ibid.* *v.* 74, etc. Avari iis similes qui mortuorum crines secant, *ibid.* 102, *v.* 134. Avari dipsadi similes, *ibid.* 103, *v.* 151, etc. Avarorum objectionibus respondet Gregorius, *ibid.* 108, *v.* 278, etc. Avari soli idololatræ vocantur, *ibid.* 111, *v.* 371, etc. Avaros quanta circumveniunt incommoda, *ibid.* 341, *v.* 31, etc.

AVIDITAS. Quod majorem venerationem habet, avidius quoque expetitur, III, 105.

Aviditas insaturabilis, quando et ubi pietatis laudem mereatur, II, 194.

AVIS aërem secans pennis instruitur, IV, 46, *v.* 19, etc. Avem nemo ramo insidentem, aut in aëre volantem miseratur, sed a nido lapsam, vel ab accipitre laniatam, IV, 445, *v.* 92, etc. Avis matris pro parvulis cura, *ibid.* 457, *v.* 9, etc.; 458, *v.* 16; 466, *v.* 30.

Avium inter se discrimina, 80. Avium volatus et motus a quibus nam primo observatus, I, 165.

Avibus Dei gloria per Gentiles attributa, II, 71.

B

BAAL, aurum et argentum, non secus atque olim Ethnici Baal, adoramus, I, 379. Sub persecutione Juliani, plusquam septem millia fuerunt qui non flexerunt genu coram Baal, *ibid.* 131.

BABYLONICI, astronomiæ inventores, I, 165. Babylonici muri cum hospitali domo a Basilio constructa non comparandi, II, 451. Hæretici malorum nostrorum scintillam accendunt, et Babylonica flamma sublimiorem reddunt, *ibid.* 48, 49.

BABYLON fugienda, IV, 173, *v.* 354, etc. Babylonis pervia mœnia, *ibid.* 563, *v.* 1. Babylonici pueri flammas effugiunt, *ibid.* 390, *v.* 35.

BACCHANTES circa prolem Semeles in montibus errantes, IV, 496, *v.* 264.

BACCHUS: quantum mysteria nostra ab ejus mysteriis distent, II, 278. Bacchus ad temulentiam incentivus, I, 175. Bacchus Androgynus, atque ebriorum chorum secum trahens, Juliano extincto, rursus irridetur, *ibid.* 203.

BACULUS duplex; alter fulciendi vim habens; alter pastoris ac doctoris pro-

prius: utriusque significatio, II, 494. Baculi et virgæ discrimina apud Theologum, I, 414.

BALAAM. Si verum est quod de cruce coronata a Juliano sacrificante conspecta et de interpretatione hujus signi refertur, rursus Balaam vaticinatur, I, 126.

BALTHASAR in pocula sancta debacchatur, II, 199.

BAPTISATUS se ipsum totum Deo offerat: sit holocaustum ratione præditum, et victima perfecta, II, 337. Per virtutis habitum redemptionem sibi certam faciat, *ibid.* 287. Ne ad eumdem vomitum redeat, *ibid.* Quænam dogmata foras exportare, atque ad vulgi aures efferre possit, II, 342.

Baptisatorum tria genera inter se comparata: primum eorum qui ante baptismum, per omnia vitiorum genera grassabantur, et de industria vitium amplexabantur, II, 316. Secundum eorum qui tametsi malum perpetrarent, id tamen minime probabant, *ibid.* 316, 317. Tertium eorum qui honeste et cum laude vivebant; seu ex bona indole, id facerent, seu ad baptismum se ipsos præpurgarent, *ibid.* 317. Quinam aliis præferendi, *ibid.*

Non baptisatorum tria genera: primum eorum qui, si detur baptismus, non gravatim accipiant; si vero non detur, sus deque ferant, II, 317. Secundum eorum qui baptismum honorantes, moras producunt, *ibid.* Tertium eorum qui baptismum, vel propter infantiam, vel propter inopinatum casum accipere non possunt, *ibid.* Quodnam discrimen inter eos, *ibid.* Postremi nec cœlesti gloria nec suppliciis a justo judice afficientur, *ibid.* 318. Licet signati non fuerint, improbitate carent, atque hanc jacturam potius passi sunt quam fecerunt, *ibid.*

BAPTISMUS omnium Dei beneficiorum præclarissimum est, et præstantissimum, II, 298. Quo fine institutus, *ibid.* 301. Varia baptismorum genera; Moysis, Joannis, Christi, Martyrum, pœnitentiæ, *ibid.* 287. Baptismus ignis æterni, quid efficiat, *ibid.* 292, 293.

BAPTISMA Christi, mysterium excelsum, II, 276. Qua ratione celebrandum, *ibid.* 287, 293. Quænam vitæ christianæ documenta contineat, *ibid.* 287. Omnium ejus circumstantiarum explicatio, *ibid.* 288.

Baptismus legalibus sacramentis longe præstantior, II, 305. Illius figura erat quodammodo circumcisio, *ibid.* 324. Cur aqua et spiritu constet, *ibid.* 302. Unus est: illius particeps non est, qui Spiritum sanctum non honorat, *ibid.* 210, 211. In nomine creati et conservi datus, Spiritui sancto injuriam infert, *ibid.* 211. Tum plenus et perfectus est, cum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti confertur, *ibid.* Virtus ejus Ariana hæresi e medio sublata, *ibid.*

Baptismus omni ætati, sexui, et ordini utilis ac necessarius, II, 310, 311. Maxima benignitatis Dei celeritate, volenti conceditur, *ibid.* 323. Qui rite illum suscipit, multipliciter beatus, *ibid.* 324. Infanti, si quod periculum urgeat, statim administrandus, quare, *ibid.* Si absit periculum, tertius circiter annus expectandus, quare, *ibid.* 325. Inter baptismum et mortem, temporis aliquid intercedat, *ibid.* 306, 307. Ad baptismum festinatione properandum, ut Petrus et Joannes ad Christi sepulcrum properarunt, *ibid.* 320.

Baptismus non differendus; idque multis probatur argumentis, II, 305. Ut miserum est, cum manna transierit, cibum quærere, ita et baptismi gratiam, occasione baptismi neglecta, *ibid.* 319. Eorum qui baptismum differunt excusationes refelluntur, *ibid.* 309. Quam incauta eorum cautio! *ibid.* 310. Excusationes a solemnitatum delectu, *ibid.* 318. Refelluntur, *ibid.* 319. Alia excusatio, ex parentum et charorum absentia, *ibid.* 320. Refellitur, *ibid.* Item alia ex ministrorum delectu, *ibid.* 321. Alia excusatio, ab ætate qua Christus baptizatus est, *ibid.* 325. Refellitur, *ibid.* Arcanum consilium eorum qui baptismum differunt, *ibid.* 314. Ut nempe voluptatibus interim indulgeant, *ibid.* Parabola de operariis non eadem hora vocatis abutuntur, *ibid.* Catechumenus ante baptismum se emundet, *ibid.* 326. Baptizantis proponitur ut peccata publice confiteantur, quare, *ibid.* 322, 323. Exorcismus in baptismo adhibetur, *ibid.* 323. Lydius lapis est ad quem exploratur, quam sin-

cero quisque animo ad baptismum accedat, *ibid.*

Baptismus conditionum inæqualitatem tollit, II, 323. Validum est in periculis auxilium, *ibid.* 309. Magnum in vita, et in mortis articulo solatium, *ibid.* Quæ virtus ejus, et quam multiplex, *ibid.* 298, 329. Varia ejus nomina : donum, gratia, unctio, illuminatio, indumentum, lavacrum, sigillum, *ibid.* 298, 299. Explicantur, *ibid.* Baptismus, ut vitæ cursum ineuntibus signaculum est, ita iis qui adultiori ætate sunt, gratia etiam est, collapsæque imaginis erectio, *ibid.* 301.

Baptismus, quot et quanta in nobis operari debeat, II, 328, 329. Et si culpam omnem delet, non tamen a satisfactione pro injuriis debita eximit, *ibid.* 328. Baptismalis purgatio omnibus communis, *ibid.* 303. Perdita, difficile recuperatur, *ibid.* Baptismus, secundæ ac purioris vitæ pactum cum Deo initum, *ibid.* 302. Quam periculose pactum illud violatur, *ibid.* Cicatrix ea violatione refricata, obduci quidem potest, sed nonnisi multis cum gemitibus et lacrymis ægre tandem obducitur, *ibid.* 302, 303.

Baptismi gratia. Quemadmodum nos primum creavit Deus, ita creatos baptismi gratia instauravit ac refinxit, II, 302, 303. Hæc baptismi gratia et facultas est, ut cujusque hominis peccatum purget, easque obstructiones vel maculas, quæ vitio contrahuntur, prorsus abstergat, *ibid.* 302. Nulli labori parcendum quo baptismi gratia percipiatur, *ibid.* 323. Baptismi gratia multorum mandatorum nos admonet : quorum, *ibid.* 327. Sollicite servanda, *ibid.* 329, 331. Orationibus ac bonis operibus impetranda, et conservanda, *ibid.* 327. Hæc bona opera, quænam, *ibid.*

Baptisma Christi signum nostræ purgationis, IV, 152, *v.* 200.

Baptisma, quid ? IV, 154, *v.* 226, etc.; 155, *v.* 237. In baptismo trina deitas fulgentem reproducit hominem, III, 346, *v.* 46. Duplex baptisma, spiritus et sanguinis, *ibid.* 373, *v.* 78, 79; IV, 153, *v.* 226, etc. ; 455, *v.* 340; 464, *v.* 200. Ut communis aër, et communis terra, ita commune mortalibus salutiferum baptisma, III, 374, *v.* 97, etc.

Baptismi communicationem timent mali, IV, 134, *v.* 75, 76.

Baptismi desiderium ad obtinendam vim baptismi non sufficit, II, 318. Baptismi vis eadem, quidquid inter ministros intersit, *ibid.* 322. Modo eadem fide informentur, *ibid.* Ministri baptismi sigillis regum diversæ quidem materiæ, sed eamdem imaginem imprimentibus comparati, *ibid.* 323. Ab iis quos initiaverunt, ad mensam excipiebantur, *ibid.* 331. Baptismi cæremoniæ, quid præsignent, *ibid.* 341, 342.

Barba olim apprehensa, ut aliqua peteretur gratia, IV, 312, *v.* 65, 66; 455, *v.* 340; 460, *v.* 100.

Barbari a Juliano victi, I, 184. Barbari (Gothi) bello Romanos lacessunt, II, 198. Thraciam populantur, a Deo collecti, in pœnam solutæ per Romanos Trinitatis, *ibid.* Barbarica incursio animas subvertens, quid, *ibid.* 234.

Barnabas, si quid auxilii Paulo decertanti tulit, Paulo habenda est gratia qui illum elegit, ac certaminis socium adhibuit, II, 424. Barnabæ dictum de igne, sarmentitios homines, et in Divinitatem contumeliosos absumente (*ex deperdito quodam ejus scripto*), *ibid.*

Bartimæus cæcus videt lumen, III, 389, *v.* 14, 15.

Basiliscus impietatis, a Juliano imperatore dudum conceptus, et oblata occasione subito profusus, I, 491. Basiliscus impietatis, in hæreticorum operibus latens, a Catholicis, Deo dante, in medium proferendus, et quidem mortuus ac motu carens, *ibid.* 524.

Basilius, Basilii Magni pater, a filio solo prohibitus ne primas obtineret, II, 401. Communis virtutis magister in Ponto propositus, *ibid.* 404.

Basilius Magnus (S.), paterno et materno genere clarissimus, II, 396. Basilio, paterni et materni generis decus, pietas fuit, *ibid.* 397. Avi illius ita comparati, ut omnia pro Christo paterentur, *ibid.* 398. In fuga persecutionis, magnam rerum omnium penuriam sustinent, *ibid.* 398, 399. Suaves quasdam epulas exoptant, fusisque ad Deum precibus impetrant quæ eorum oratio, *ibid.* Quam prompte et mirabiliter exaudita, *ibid.* 399. Cervi sese ultro in obsonium

offerunt, *ibid.* 400. Gregorii in eos qui historiæ fidem abrogant animadversio, *ibid.* 398. Basilius majoribus suis laudis cumulum ex se adjicit, *ibid.* 401. Parentum illius quale conjugium, et quanta in liberis felicitas, *ibid.*

Basilius, sub magno patre adolescens eruditur, II, 404. Liberales artes edocetur, et per pueriles disciplinas ad futuram perfectionem ducitur, *ibid.* Patrem affectatur, nec a summis illius virtutibus longe distat, *ibid.* 405.

Basilius Cæsaream studiorum causa contendit, II, 405. Cæsaream Palæstinæ an Cappadociæ? *ibid.* Sacerdos Christianis ibi fuit, etiam ante initium sacerdotium, *ibid.* 406. Eloquentiæ studium accessionis duntaxat ipsi rationem habuit, *ibid.* Cæsarea Byzantium, inde Athenas mittitur, *ibid.* 407. Mirifica multorum spe expectatus, *ibid.*

Basilius Athenas adveniens, ab Attica erga juvenes lege solutus, II, 409. Attica lex, quænam, *ibid.* Armeniis ob eam rem invidiosus, et contentiosis eorum argutiis appetitus, victoriam reportat, *ibid.* 410. In quibusdam disciplinis nullus ei comparandus: quod per partes declaratur, *ibid.* 415. Quousque astronomiam, geometriam, arithmeticam et medicinam didicerit, *ibid.* 416.

Basilius et Gregorius ex eodem patriæ fonte in diversas regiones dissecti, rursus Athenas coëunt, II, 407. Mutuo deinceps amore sauciantur, *ibid.* 409, 410. Basilius Athenas spe sua inferiores videns contristatur, *ibid.* 410, 411. Maxima mœroris parte a Gregorio levatus, arctioribus quam antea vinculis ei adjungitur, *ibid.* Uterque duas tantum vias cognoscunt, quarum una ad ædes sacras, altera ad professores ducit, *ibid.* 413. Christianos esse et nominati omnibus rebus, præstantius habent, *ibid.* Urbis superstitionibus non implicantur, *ibid.* Hoc inter sodales erant quod fluvius fluens dulcis per mare, *ibid.* 413, 414.

Basilius et Gregorius, præclarissimi sodalitii præceptores, II, 414. Per totam Græciam celebres, *ibid.* Oreste et Pylade celebriores, *ibid.* 415. Triste ac miserum spectaculum, cum Athenis profecturi sunt, et domum reversuri, *ibid.* 416. Ut obstitere sodales et magistri, *ibid.* 416, 417. Gregorius solus remanere coactus, diu miser esse non sustinet: equum homericum imitatur, et, ruptis vinculis, ad sodalem impetu fertur, *ibid.* 417. Uterque domum reversi, cum nonnihil scenæ dedissent, sui juris efficiuntur, *ibid.* Basilius a Cæsariensi civitate retinetur, Gregorium pietas erga parentes ab eo abstractum tenet, *ibid.* 417, 418. Basilius, Cæsareæ aliquandiu retentus, postea necessarias peregrinationes suscipit, *ibid.* Basilius et Gregorius, duplicis in Julianum invectivæ auctores, I, 210.

Basilius in presbyterorum ordinem ascriptus, II, 418. non subito, sed spiritualis progressionis lege, *ibid.* 419. Nazaræorum Christianorum princeps, maxima apud omnes veneratione fuit, *ibid.* 420. Presbyterio initiatus, episcopo suo fit invisus, *ibid.* *Vide* EUSEBIUS.

Basilius, cum exorta ob illatas sibi injurias dissidia componere non posset in Pontum profugit, II, 421. Pietatis gymnasia ibi constituta moderatur; ascetica scribit, *ibid.* Secessio ejus admirabilis; reditus vero præstantior, *ibid.* 422. Audito belli nuntio, quod Ariani Cæsariensibus inferre proponebant, Cæsaream redit, *ibid.* 423. Aciem instruit; offendicula in medio posita submovet, *ibid.* 424. Qualem se gerat erga Eusebium, *ibid.* Ejus dicendi libertas apud præsides, *ibid.* 425. Judicia pro lege habita; libri ascetici; liturgia, *ibid.* 425, 426.

Basilius in publica fame, horrea divitum verbo et cohortationibus aperit, II, 427. Pauperibus in unum coactis, alimenta ipse distribuit, *ibid.* Secundus Joseph, *ibid.* 428. Sermone etiam animas pascit, *ibid.* Alioqui pauperrimus et egentissimus, *ibid.* Eusebio vita functo, in episcopalem thronum evehitur, *ibid.* Non tamen citra laborem ac citra invidiam, *ibid.* Viri pietate clari ad eum ungendum ab externis regionibus acciti, *ibid.* 429. Et cum eis Gregorius Theologi pater. *Vide* GREGORIUS senior.

Basilius Cæsareæ episcopus, qualem in hoc munere se gerat, I, 282. Quibus nominibus a Theologo appellatus, *ibid.* 396. In summo positus non virtute cres-

cit, sed majore virtutis operatione fulget, II, 430. Erga Gregorium ita se gerit, ut solius honesti sectatorem se præbeat, *ibid.* 431. Quoniam id pacto, *ibid.* 430. Se dissidentes sibi conciliat, *ibid.* 431. Ut omnes ei ultro cesserunt, *ibid.* Orbem universum pacare aggreditur, *ibid.* 432. Publicis Ecclesiæ calamitatibus vehementer affectus erat, *ibid.* 433. Piam doctrinam litteris consignat, *ibid.* Hæreticos, alios quidem armis linguæ cominus contundit, alios sagittis ex atramento confectis ferit, *ibid.* Legationes pro pace mittit, *ibid.* 434.

Basilicus veritatis igniculus, et solus post primam Valentis persecutionem (in Asia) superstes, II, 436. Pro fide catholica cum Modesto præfecto decertat, *ibid.* 437. Victor ab eodem præfecto renuntiatur, *ibid.* 439. Quatenus optimates imperii, socios in religione habere amplum et honorificum ducit, *ibid.* 438. Cur bonorum proscriptionem non timeat, et exilium non agnoscat, *ibid.* Cur mortem beneficii loco sibi futuram dicat, *ibid.* Qualis Epiphaniæ die, ac inter sacrificii solemnia, imperatori visus est, *ibid.* 440. Altera die, imperatorem Dei voce alloquens, auditus, *ibid.* 441. Exilio in eum decreto, plaudunt hostes, pii lugent; Deus inhibita scriptoris manu decretum rescendit, *ibid.* Ægrotante imperatoris filio accersitur, *ibid.* 442. Ad ejus adventum levior fit morbus : cur non omnino expulsus, *ibid.*

Basilius domum alendis pauperibus et fovendis ægrotis ædificat, II, 450, 451. Leprosos ut fratres osculatur, et amplectitur, *ibid.* 452. Viduam, quæ ad sacram mensam confugerat, omni cura tuetur, *ibid.* 443. Ab Eusebio præfecto petitam retinet; propterea contumeliis ab eo vexatus, *ibid.* Causam dicere jussus, *ibid.* 444. Minis interpellatus, *ibid.* Tumultus inde exorti descriptio, *ibid.* Præfectus ex vexatore supplex, per Basilium a periculo vindicatur, *ibid.* 445.

Basilius pluribus episcopis invisus, II, 445, 446. Principia simultatum; dissensio in fidei causa; dolor ex ejus electione; Basilii gloria, *ibid.* 446. Cappadocia duas in provincias divisa, veteri consuetudini, quoad ordinem ecclesiasticum, inhæret, *ibid.* Novæ metropolis episcopus, parœcias (diœceses) novæ provinciæ sibi vindicat : mala hinc exorta, *ibid.* Basilius dissidium illud, novorum episcopatuum erectione, in incrementum Ecclesiæ convertit, *ibid.* 447. Gregorium Sasimorum episcopum ordinat, *ibid.* Spretis nimirum amicitiæ officiis, ubi Deum anteponi oportebat, *ibid.* 447. Gregorium non suasione inducit, sed cogit, ut se Sasimorum episcoporum ordinari patiatur, I, 282. Gregorii ad eum, hac de re, sermones, *ibid.* Basilius, hoc in negotio, spiritum amicitiæ posthabere non sustinuit; non passus est talentum in terra defossum latere, *ibid.* 286. Alia ejusdem argumenti, *ibid.*

Basilius Spiritum sanctum Deum appellare differt, II, 457. Quod nempe hæretici vocem illam arripere studeant, ut, eo expulso, omnia populentur, *ibid.* Ab amicis contendit ne hoc suo consilio offendantur, quibus argumentis, *ibid.* 458. Interea hæreticos aliis vocibus æque idoneis comprimit, *ibid.* 457. Melius quam quivis alii, Spiritum sanctum Deum agnoscebat; idque variis argumentis declaratur, *ibid.* 458. Ejus hac de re imprecatio, *ibid.* Dispensatione sibi reservata, loquendi libertatem Gregorio committit, *ibid.* Hæc agendi ratio ab aliis culpata; sed magno Athanasio probata, *ibid.* 458. Ejus de Divinitate scripta quo animo expendi oporteat, *ibid.*

Basilius et Gregorius Juliani Apostatæ conatuum adversarii; postremi quoque ad persecutionem reservati, I, 210.

Basilius fere mortuus et exanimis, sermone robustior fit, ut cum pietatis verbis abscedat, II, 466. Fidelissimis discipulis manus imponit ne sacrario fraudentur, *ibid.* Sacrarium, quid, *ibid.* 467. Cæsariensium quis animus dum extremos spiritus duceret, *ibid.* Extrema ejus verba et mors, *ibid.* Funeris ejus elegans et magnifica descriptio, *ibid.* Nunc in cœlis est, sacrificia pro nobis offerens, *ibid.* 468. Gregorius ab eo per visiones nocturnas officii sui admonetur, *ibid.* Eum invocat, omnibusque tum civitatis, tum Ecclesiæ ordinibus, exemplum, patronum et intercessorem proponit, *ibid.* 469.

Oratio funebris in laudem Basilii

Magni Cæsareæ in Cappadocia episcopi, II, 389. Ejus encomium, quam arduum opus, *ibid.* 394. Cur a Gregorio susceptum et serius quam tempus postulabat, *ibid.* 495.

Basilii eximiæ dotes, II, 415. Nihil unquam aliud quam piam orbique universo salutarem doctrinam spiravit, *ibid.* 395. Corporeis dotibus nullo inferior antequam philosophia carnem domasset, *ibid.* 402. Omnes alios tantum dicendi facultate superavit, quantum nos brutorum naturam superamus, *ibid.* 454. Doctrina sua omnes orbis partes inter se conciliavit, *ibid.* Omnia quæ spiritus sunt, perscrutatus est, *ibid.* Soli comparatus, *ibid.* 455. Ei pulchritudo virtus fuit; magnitudo, theologia; cursus, quotidiani ad Deum ascensus; potentia, doctrinæ semen ac distributio, *ibid.* Lucubrationes et volumina ejus, una et maxima omnium ordinum oblectatio, *ibid.* De singulis ejus opusculis, Gregorii sententia, *ibid.*

Basilius cum præstantissimis tum Veteris, tum Novi Testamenti viris comparatur, II, 459. Nomina eorum: Adam, Enos, Enoch, Noë, Abraham, Isaac, Jacob, *ibid.* 460. Joseph, Job, Moyses, Aaron, *ibid.* 461. Josuë, Samuel, David, Salomon, *ibid.* 463. Elias, tres pueri, Jonas, Daniel, Machabæi, Joannes Baptista, *ibid.* 464. Petrus et Paulus, Joannes et Jacobus, Stephanus, *ibid.* 465. Basilius omnibus nostræ memoriæ hominibus palmam præripuit, *ibid.*

Basilius de fastu et supercilio accusatur, et ab iis qui sine regula sunt, regulæ admovetur, II, 452. Censores illi morum firmitati et innocentiæ fastus nomen imponunt, *ibid.* 453. Non lepidus quisquam, et facetus aut circumforaneus erat; ob hoc laude potius quam reprehensione dignior, saltem apud mente præditos, *ibid.* Nemo tamen in cœtibus eo jucundior, in narrando festivior, in jocando argutior, in objurgando lenior, *ibid.* 453, 454.

Basilius pauper fuit, non Cratetis more; sed ab omni gloriæ cupiditate et luxu, II, 448, 449. Nemo virginitatem majori in pretio habuit, *ibid.* 450. Virginibus cœnobia extruxit, et leges posuit, *ibid.* Ereniticum vitæ genus cum cœnobitico permiscuit, qua ratione, *ibid.*

Basilii habitum et corporeos defectus, multi ad nominis claritatem parandam imitari student, II, 465. Multos Basilios specie tenus videre licebat: sed longius ab eo distantes quam quantum accedere cupiebant, *ibid.* 466. Quædam ejus dicta vel facta, monimenti loco referre, maximi habebatur, *ibid.* Ipse Gregorius hoc nomine sæpe gloriatus est, *ibid.*

Basilius et Gregorius Nyssenus fratres, Moysi et Aaroni comparantur, quare, I, 290.

Basilius Cæsariensis episcopus, arcta cum Gregorio amicitia conjunctus, IV, 201, *v.* 225, etc. Ejus ab Athenis discessus, *ibid. v.* 242, etc. In desertum Ponti secedit, *ibid.* 205, *v.* 353, etc.; 436, *v.* 295.

Basilius ad conventus ab Eusebio Cæsariensi non vocatur, III, 28, 29. Vocandum illum ostendit Gregorius, *ibid.* 29, 30. Monetur a Gregorio quatenus Eusebium Cæsariensem, deprecatrices et evocatrices litteras jamjam missurum, antevertat vel veniens, vel scribens, *ibid.* 33. Beseleeli comparatur, *ibid.*

Basilius cœna cum oleribus excipiendus, III, 42. Hunc minus coactum et circumspectum objurgat, *ibid.* 61. Illum increpat, quod se ad metropolitanam urbem, ficta infirmitate, vocasset, cum de creando episcopo ageretur, *ibid.* Multos fletus a Gregorii oculis hac simulatione elicit, *ibid.* Hunc hortatur, quatenus intermedios tumultus, et pravas suspiciones fugiat, *ibid.* 61, 62.

Basilium, nomine patris, ad Cæsariensem episcopatum promovendum curat Gregorius, III, 62, 63, 64. Basilius omnibus anteferendus, utpote vita et sermone probatus, et sic contra hæreticorum pruritum stare potens, *ibid.* Ejusdem commendatio ad Eusebium Samosatensem directa, *ibid.* 64, 65, 66. Electionem Basilii iterum urget, scribens ad episcopos, nomine patris, Gregorius, *ibid.* 66.

Basilio in episcopatum Cæsariensem electo gratulatur Gregorius, III, 70. Ad eum non statim advolat propter obtrec-

tatorum linguas, *ibid.* Basilio, propter invidiam, a sophistica quadam curiositate negotia exhibentur, *ibid.* 72. Adfuturum se promittit Gregorius, ut illi aliquid consilii impertiat, et utilitatem ipse capiat, *ibid.*

Basilium Gregorius acriter insectatur, propter oblatum Sasimorum episcopatum, III, 73, 74. Plebis ob hanc causam in Basilium sermocinationes, *ibid.* 74. Eidem Gregorius exprobrat omnia ad sui ipsius gloriam trahere, *ibid.* 75. Hunc propter episcoporum molitiones iterum arguit, *ibid.* 75, 76. Eumdem accusat, quasi ostentationis gloriæque nimio studio teneretur, velut metropolitanus, *ibid.* 77. Aliæ ejusdem eadem de re querimoniæ, IV, 206, *v.* 386, etc.

Basilius ut in fide parum fortis accusatus, III, 85. Insimulatus quasi de Spiritus sancti divinitate parum catholice sentiret et loqueretur, *ibid.* 86, 87. A Gregorio vindicatur, *ibid.* Basilium propter epistolas mœrore affectum lenire tentat Gregorius, *ibid.* 88. Illum invisere non potest Gregorius, propter morbo laborantem matrem, *ibid.* 89. De Basilii morte scribit Gregorius, *ibid.* 109, 110. Basilius per totum vitæ curriculum hoc unum meditatus fuerat, ut præsens foret ad Dominum, *ibid.* Basilii morte, detonsa et spoliata Ecclesia, *ibid.* 110. Basilii laus, *ibid.* 72, 73, 84, 86, 87, 88; IV, 201, *v.* 221, etc.; 436, *v.* 295, etc.; 556, *v.* 1, etc. Basilius solus pene veritatis igniculus, ac vitalis facultas, III, 87. Alter post magnum Aaronem, mortales cum immortali orans conjungit, IV, 436, 437, *v.* 301, etc. Nuntius veritatis oculus Christianorum, Ponti et Cappadocum decus, *ibid.* 556, *v.* 21, etc. Christi magna gloria, columen sacerdotum, defensor veritatis, *ibid.* 557, *v.* 33, 34. Tonitruum erat ejus oratio, fulgur autem vita, *ibid.* *v.* 40. Octo annis pii populi habenas tenuit, *ibid.* *v.* 45.

Basilismus Gregorio exprobratur, sicut aliis Philippismus, III, 76, 77.

Basilissa Xolorum alumna, cum Euschio et Nonna sepulta, IV, 558, *v.* 1, etc. Georgii Germana corpore et mente, *ibid.* *v.* 3, 4.

Bassus, Christo amicus, latronum manu extra patriam opprimitur, IV, 552, 553, *v.* 1, etc. Cappadocibus magnum relinquit nomen, quod celebrat Gregorius, *ibid.* *v.* 3, etc. Carterium filium, velut Abraham, suscipit, *ibid.* *v.* 1, 2.

Beata. In beatam Ethnicorum jacere, quid sit apud Gregorium, I, 168.

Beatitudo est vita beata, IV, 154, *v.* 257. Beatitudo, juxta Aristotelem, est animæ actio secundum virtutem, III, 51. Sordide autem et abjecte honorum abundantiam adjunxit, *ibid.* Probanda magis Stoïcorum sententia, qui res externas nullum ad beatitudinem impedimentum afferre dicunt, *ibid.* Hæc humanæ felicitatis meta est, ipsa beatitudo, *ibid.* 232. Quæ juxta Gregorium sint beatitudines, IV, 54, 55, *v.* 1, etc. Beatitudines, *ibid.* *v.* 1, etc. Beatitudines evangelicæ, *ibid.* 55, *v.* 25, etc.

Beatitudo æterna, in Patris et Filii et Spiritus sancti plena cognitione posita est, II, 211. Cum cognitio ipsa (Trinitatis) beatitudo sit, quantum quæso illud est quod cognoscitur, I, 522. Beatitudinis æternæ gradus Deus, in medio cœlitum stans, distinguit ac dividit, II, 301.

Beatus. Duplici nomine beatus prædicari debet, cui, purissimæ luci, quantum humanæ naturæ datum est, commisceri licuerit, I, 466. Hominem ante mortem, beatum prædicare non oportet, *ibid.* 363. Mortuo fideli optandum ut statim beatorum virorum gloriam et splendorem spectet, *ibid.* 250.

Beelphegor colunt carnis adoratores, IV, 329, *v.* 87, etc.

Beelzebuth, cum iniqua regula, hoc est, contentione atque iracundia utimur, nunc ei, nunc Jesu, eamdem adversus malos spiritus et morbos potentiam ascribimus, I, 502.

Bel. Juliano extincto, rursus Ecclesia canit: Cecidit Bel, I, 201.

Belial. Ubi Belial adversus Christum aciem instruit, ne animos nostros frangi atque expugnari sinamus, I, 538.

Belias vel Belial. Beliæ cavenda invidia, III, 468, *v.* 62. Belias vocatur diabolus, qui gestit omnes vorare, IV, 173, *v*, 343, etc. Belial dicitur diabolus et latro, *ibid.* 367, *v.* 15, etc.; *ibid.* 373, *v.* 184; *ibid.* 378, *v.* 324.

Belluarum vana et crudelia certamina, IV, 462, *v.* 149, etc.

Bellum intestinum carnis et mentis, iv, 369, *v*. 65, etc.

Bella ex cupiditate orta, i, 449. Bellum hoc unum agnoscamus quod cum adversariis potestatibus (diabolo) committitur, *ibid.* 511. Belli cum diabolo gerendi necessitas, originalis peccati pœna est, *ibid.* 449. Belli interni descriptio, *ibid.* 70. Bellum inter spiritum et carnem, *ibid.* 298. In hoc certamine, corpus, ægrotante anima, bella habet; anima autem floret, cum voluptates decedunt, atque una cum corpore marcescunt, *ibid.*

Bellum inter Christianos quam difficile deponatur et conquiescat, i, 69, 70. Bellum quoddam, sacrum dicatur, quemadmodum et barbaricum, ii, 382.

Bellum sacrum illud est quod Gregorius inter sacerdotes et episcopos ferre non potuit, ii, 382. Bello ac paci tempus a Salomone statutum, i, 510. Bellum pace a Deo disjungente laudabilius, *ibid.* 67.

Benedicere. Cum Gregorius senior gratiarum actionis verba in mysterii celebratione protulisset, ac populum benedixisset, in lectulum se conjecit, i, 421.

Benedictio patris firmat domos filiorum, i, 82; ii, 246. Obedientiam habes, benedictionem redde: verba Gregorii ad patrem, i, 82. Benedictionem, quam qui prætereunt agricolis impertire solent, non accipere, quid sit, et quam acerba res, *ibid.* 366. Gregem scite pascere, in benedictione apud veteres positum erat, *ibid.* 83.

Benedicti panes. Nonnæ morbo decumbenti in somnis visum est, Gregorium panibus pro suo more benedictis eam aluisse, ii, 103.

Beneficium Dei est, quod sumus, quod Deum cognoscimus, et quod ei offeramus, habemus, i, 443. Cum a Deo beneficium petitur, ipse beneficio afficitur, ii, 323. Non minuta Deoque parum digna beneficia postulanda, *ibid.* Beneficii gratia celeritate conduplicatur, i, 342. Lætandum est, cum beneficium damus, *ibid.* 343. Dei erga nos beneficiorum elegans et compendiosa descriptio, *ibid.* 327.

Benefaciens imitator est Dei, iv, 126, *v*. 3. Benefaciens aliis, sibi benefacit ac thesaurum parat, *ibid.* 436, *v*. 281, etc.

Beneficentia in quo maxime consistat, iv, 445, *v*. 99, etc.

Beneficia qui accipit, memor esse debet, non qui ea contulit, iv, 208, *v*. 435, 436.

Beneficia. Adjumenta et beneficia Dei erga hominem enumerantur. Primum paradisum in Eden plantavit; deinde hanc ei primam gloriam infudit, ut ad imaginem suam eum conderet. Tum adjumenti causa mandatum ei imposuit, cujus observationi immortalitatis consequendæ spes promittebatur, iv, 701. *Vide notam* (22).

Bene mereri. Homo nihil tam divinum habet quam de aliis bene mereri, i, 331.

Benevolentia erga homines pulchra res est: testis Jesus, qui nostri causa homo factus est, i, 309. Benevolentiæ divinæ testimonia, *ibid.* 385. Benevolentia pudor incutitur, cum, oblata ulciscendi potestate, noxa condonatur, *ibid.* 391, 392.

Benignitas necessaria, non libera, legis est, non consilii, i, 343. Benignitas hic impendatur, priusquam in altero sæculo vitæ rationes referamus, *ibid.* 392. Deus, pro collatis in nos beneficiis, benignitatem a nobis vicissim reposcit, *ibid.* 328. Nihil tam divinum homo habet quam benignitatem ac beneficentiam, *ibid.* 391. Benignitate Deus maxime delectatur, *ibid.*

Benignitas prompta est et propensa ad ignoscendum, iii, 105. Benignitate nihil celerius, *ibid.* 114. Nullis finibus circumscribitur benignitas, *ibid.* 219. Benignitatis Dei hæc series: primum leges sancit, deinde jubet, pollicetur, minatur, increpat, pœnas intendit, cohibet; minatur rursum; cum adactus fuerit, plagam infert, et id paulatim, viam scilicet emendationi aperiens, iii, 114.

Benjamin patriarcha, iii, 381, *v*. 5.

Berenices, coma quid in comparatione crucis in cœlo fulgentis, i, 183.

Beseleel, divini tabernaculi fabricator, ii, 434. Antistitum exemplar, *ibid.*

Beseleelis spiritus in Ecclesia excitandus, iii, 33.

Beseleel, artifex a Deo vocatus, spiritu ejus impletus ad ædificationem tabernaculi. Hoc loco per Beseleel Gregorius significat Basilium, III, 33, 497.

Bethleem propter Eden; res parva et conspicua, propter magnam et ab oculis remotam, I, 36. Bethleem, cur totius terræ metropolis dicta, *ibid.* 410. Bethleem honoranda, quæ nos in paradisum reduxit, II, 273.

Bethleem, ex virgine nascitur in præsepio Christus, III, 385, *v.* 55, etc. Huic facta olim promissio, IV, 436, *v.* 274, 275. Bethleem parva, Christum tamen tulit, *ibid.* 536, *v.* 2.

Bideitæ. *Vide* Macedoniani.

Bilance exigua cœli possessio libratur, IV, 438, *v.* 335, 336.

Bilis quænam ejus utilitas, ex proverbio Græcorum, I, 514.

Bilis a Deo data est, ut dometur, IV, 86, *v.* 354, etc.

Binarium in Trinitate superatum, quare, I, 519.

Blasphemia est reprehensio non fulta probationibus, IV, 149, *v.* 106.

Bona hujus mundi, velut in talorum situ, alias ad alios trajiciuntur atque immutantur, III, 280. Bona temporalia parvi pendenda, IV, 140, *v.* 85, etc. Bona alia aliis Deus largitur, *ibid.* 316, *v.* 26, etc. Bonorum mundi, mali quoque sunt participes, *ibid.* 416, *v.* 60, etc. Bonis externis qui gloriatur similis est simiæ sub humana forma, cujus collum aurei torques ambiunt, *ibid.* 463, *v.* 173. Aut asino auri talenta gestanti, qui licet auro coopertus, rugitus edit, *ibid. v.* 176, 177. Aut plumbeis ensibus, qui prorsus inutiles, argenteis vaginis conduntur, *ibid. v.* 178, 179.

Bonum. Deus in bonum et opificem male divisus, II, 219. Bonum diffundere ac propagare summæ bonitatis erat; hinc Angelorum et hominum creatio, *ibid.* 265, 266. Boni nomen obtinere non debet, quod dominos suos haudquaquam meliores efficit, *ibid.* 8. Bonum quod a natura proficiscitur laudem non meretur; id solum laude dignum quod a libera voluntate fluit, *ibid.* 253, 254. Bonum in nobis non partim gratia, partim liberum arbitrium operantur, I, 32. Boni propter se studium, constans et stabile est, II, 236. Quæ per se bona sunt, nisi bene tractentur, boni gratiam amittunt, *ibid.* 48.

Bonorum cœlestium maximum est ut sciamus quomodo natura divina eadem, et unitas intelligatur et trinitas reperiatur, II, 43. Summum bonum in voluptate constituit Epicuri philosophia, I, 136. Bonorum humanorum optimum, eruditio, II, 403.

Bonorum hujus vitæ fragilitas et inconstantia, I, 440. Ejusdem est difficultatis bonum aliquod adipisci, et adeptum conservare, II, 327. Cur alii malis premantur, inscrutabile divinæ sapientiæ mysterium, I, 335, 336. Apud Deum æquabile quidquam habet id quod nobis inæquale esse videtur, *ibid.* 336. Nulla hujus vitæ bona hominibus certa et diuturna, *ibid.* 325. Ut, perspecta eorum omnium instabilitate, ad futuræ vitæ portum contendamus, *ibid.* Bona hujus vitæ non magis possidentium quam sperantium propria, *ibid.* 439. Bona præsentia, id est, felicitatem præsentem retinere difficilius est quam absentia adipisci, *ibid.* 114. Bonorum partem Deo consecrare, Gregorii ævo satis frequens, II, 401.

Bonus. Deus solus bonus est, id est, summe bonus, II, 127. Bonus ille est ad quem bonitatis Dei rivus secundario cursu dimanavit, *ibid.* 128. Bonorum quanta paucitas, I, 55.

Boni non ita nascuntur, sed tales evadunt, spiritu et doctrina formante, III, 429, *v.* 506, 507. Boni gloria Dei sunt, *ibid.* 436, *v.* 677. Boni probantur adversis, IV, 130, *v.* 51, 52. Bonorum monitis parendum, *ibid.* 143, *v.* 185, 186. Boni, sicut et mali, in terra non sunt stabiles, *ibid.* 178, *v.* 472, etc. Optimus ille est qui rectam carpit viam, *ibid. v.* 479, etc. Melius est videri malus, cum bonus sis, quam optimus, cum sis pessimus, *ibid.* 180, *v.* 514, etc. Boni sunt præda malorum, *ibid.* 220, *v.* 796. Bonus vir fraudi patet, *ibid.* 221, *v.* 806. Bonorum calamitas et prosperitas malorum multum incommodi parit, *ibid.* 289, *v.* 789, etc. Bonorum et malorum separati termini, *ibid.* 572, *v.* 3. Bonis in terra cur plurima eveniunt mala, malis vero nulla, *ibid.* 360, *v.* 10.

Bonum unum stabile hominibus, hinc discedere tollendo crucem, iv, 54, *v*. 33, 34. Nihil admittendum turpe, nec a bono desistendum, *ibid*. 440, *v*. 45, 46. Boni non tam facilis quam mali communicatio, *ibid*. 254, *v*. 1759; 279, *v*. 511.

Bos. Pulchra similitudo a bobus ducta, iii, 359, *v*. 88, etc.

Bos. Aratus fingit justitiam, quam Latini Astræam vocant, bove cæso, terras reliquisse atque in cœlum avolasse, iii, 529. Tanta, aurea ætate, utilitas percipi putabatur ex bobus, ut eorum visceribus vesci scelus haberetur, *ibid*. Columella ait olim tam capitale fuisse necare bovem quam civem, *ibid*. Plinius scribit quemdam ob interfectum bovem actum fuisse in exilium, *ibid*. 530.

Bosporio, Coloniensi episcopo, denuntiat Gregorius se, licet invitum, Ecclesiæ Nazianzenæ curam suscepturum, iii, 190. Illum objurgat quasi supplantatus ob continuandam Ecclesiæ Nazianzenæ curam, *ibid*. 211, 212. Bosporium ab episcopis insectatum excusat et defendit, *ibid*. 245, 246. Ab Amphilochio ejus causa vindicatur, *ibid*. 248. Ejus causa commendatur Nectario, Constantinopolitano episcopo, *ibid*. 249, 250. Bosporius, vir pius, precibus morbos depellens, frustra rogat Vitalianum pro filiis, *ibid*. 451, *v*. 242, etc.

Branchidæ Christo cedant, iv, 495, *v*. 259.

Briareus. *Vide* Gigantes. Briarei manus publicis bonis injicere, *proverbium*, i, 401.

Briarei rapaces manus, iv, 312, *v*. 70.

Bruta animantia sine metu moriuntur, iv, 47, *v*. 35, etc.

Buccæ. Præclarum erat profecto, cernere imperatoris Romani (Juliani Apostatæ) buccas indecore tumentes, ac excitantes ingentem risum, non externis tantum, sed iis etiam, quibus hac ratione placere se putabat, i, 195.

Buthænas, ita cognominatus Hercules, i, 140, 175. Buthænas agricolæ vim attulit, et bovem aratorem voravit, atque ex eo facinore nomen accepit, *ibid*. Buthænas deus, conviciis apud Lydios colebatur, *ibid*. 161. *Vide* Hercules.

Bythus et Sige, Valentini Æones, ii, 210.

Byzantium, urbs totius Europæ principatum tenens, i, 242. totius Orientis, ii, 406. *Vide* Constantinopolis.

C

Caberina, prædium a Castore pauperum domui donatum, iii, 289.

Cadavera. Familiare erat primis Christianis mortuorum cadavera sacris inferre templis, et prope Martyrum tumulos eorum ossa componere, ibique quotannis saltem pro defunctis, quorum eo in loco condita erant ossa, sacrificium offerri solebat, iv, 752.

Cadmus, Agenoris filius, ii, 419. *Finxerunt poëtæ Cadmum Agenoris filium apud Thebas Bœotiæ urbem, draconis a se interfecti dentes sevisse, atque hinc extitisse Gigantes, homines a capite usque ad femur armatos, qui eadem die, inito prælio, omnes sese statim mutuis vulneribus confecerunt, præter quinque qui se Cadmo associarunt : ad hanc fabulam spectat Gregorius.*

Cæcis visus a Christo redditus, iii, 387, *v*. 11; 388, *v*. 27, 28; 389, *v*. 12, 16; 390, *v*. 18; 391, *v*. 8; iv, 182, *v*. 587, 588.

Cædes ingens a promiscua plebe in Christianos furente perpetrata, sub Juliano imperatore, i, 153. Præfectus qui eam vindicare voluerat, exilio mulctatus, *ibid*.

Cædes duplex, alia est corporum, alia

divinæ magnus, IV, 149, *v.* 115, 116.

CÆREMONIÆ baptismi explicantur, II, 342, 343.

CÆSAR. Cæsari reddenda quæ sunt Cæsaris, et quæ sunt Dei Deo, I, 445.

CÆSAREA Cappadociæ, Basilii patria, III, 4. Urbs ubi augustum aliquid spirabatur, et sol accipiebatur ad certum modum, *ibid.* Deliciis et opibus pollens, *ibid.* Habens caupones et quidquid turpe et improbum urbes ferunt, *ibid.*

CÆSAREA (Palæstinæ an Cappadociæ) litterarum ac doctrinæ metropolis, II, 405.

Cæsarea Cappadociæ, ob fidei fervorem, ad seditionem proclivis, I, 426.

Cæsareæ cives de episcopi creatione inter se contendunt, I, 425. Virum eligunt vita et moribus eximium, divino tamen baptismo nondum consignatum, *ibid.* 426. *Vide* GREGORIUS senior. Cæsariensibus bellum illatum ab Arianis, II, 423. Cæsariensis civitas fame laborans, *ibid.* 427. Basilii studio sustentatur, *ibid.*

CÆSARIENSES, nomine patris, hortatur Gregorius ad eligendum Basilium in episcopale munus, III, 63, 64.

Cæsariensis Ecclesia omnium fere Ecclesiarum mater, III, 64. Multos habet principatu dignos, *ibid.* 65. Dignis præsidibus olim gubernata, *ibid.*

CÆSARIUS, Gregorii Theologi frater. Parentes ejus mirificis omnium laudibus ad cœlum evecti, nec minus virtutis quam senectutis nomine venerandi, I, 237. Cæsarius, piissime a parentibus educatus, *ibid.* 239. Ingenii celeritate ac magnitudine plurimos post se relinquit, *ibid.* 240. Alexandriam doctrinæ causa proficiscitur, *ibid.* 31, 32. Ea in urbe improbos vitat, et optimorum familiaritati se adjungit, *ibid.* Nullus eo præsidibus charior, ob temperantiam illustrior, ob ingenii sagacitatem clarior, *ibid.* Omnia doctrinæ genera ut unum excolit, et singula rursum ut omnia, *ibid.* Quidquid in humanis disciplis bonum est, colligit; quidquid noxium, effugit ac reprobat, *ibid.* 241. Omne virtutis ac disciplinæ genus in animam suam colligit, ut omnis generis merces in navem onerariam, *ibid.*

Cæsarius et Gregorius; hic ex Græcia, ille Alexandria, eodem tempore, licet non ex compacto, Byzantium appulsi, I, 242. Cæsarius publicis, quos civitas offerebat, honoribus Gregorii consilium anteponit, eique domum redeunti comes adjungitur, *ibid.* 243. Postea gloriæ cupiditate ductus, atque, ut aiebat, quo urbi præsidio esset, in aulam se confert, *ibid.* Quæ res parentibus et Gregorio non admodum grata fuit, *ibid.*

Cæsarius, sæcularis vitæ genus sic amplexus est, ut tamen Deo viveret, I, 243. Primum inter medicos gradum obtinet, et in amicorum numero apud imperatorem habetur, *ibid.* 244. Cratete simplicior, cum magnis quotidie dignitatibus ornaretur, majoribus tamen dignus videbatur, *ibid.* Ipsi ad dignitatem hoc primum erat quod Christianus esset et nominaretur, *ibid.* Cætera ludus quidam ac nugæ ipsi fuerunt, *ibid.*

Cæsarius, fidem ejurare a Juliano Apostata compulsus, clypei vice magnum verbum obtendit, I, 246. Certamini præsides, hinc Christus, illinc diabolus, *ibid.* Utrinque theatrum spectantium, atque uter vinceret, magis laborantium quam illi quos spectabant, *ibid.* Victor Cæsarius, nec sic quidem ejicitur, imperatore doctrina ejus frui et ornari gestiente, *ibid.* Celeberrimum Juliani de Gregorio patre ac de filiis ejus dictum, *ibid.* 247. Cæsarius ad secundum adventum reservatus, *ibid.* Ad suos redit, victor incruentus, atque ob ignominiam clarior, *ibid.*

Cæsarius, Juliano in Perside prostrato, in aulam rursum receptus, I, 247. Inter imperatores certamen erat, quisnam Cæsarium sibi magis adjungeret, *ibid.* Præfecturam in Bithynia gessit, in pecuniarum collectione ac thesaurorum cura positam, *ibid.* 248. Hanc illi velut majorum dignitatum præludium esse imperator voluit, *ibid.* 248. Cæsarius, terræ motu Nicææ exorto, fere solus incolumis evadit, ipsa ruina protectus, *ibid.* Totum se supernæ patriæ adjungere animo constituit, *ibid.* Morbo correptus obit, *ibid.* 249. Post mortem clarus, et Gregorio in somnio sæpe visus est, *ibid.* 255. Funebre munus ei Gregorius offert, quale, *ibid.* 249. Anniversarios

et honores et commemorationes spondet, *ibid.* 250.

Oratio ad Cæsarii parentes consolatoria, I, 250. Prima consolationis ratio ex humanæ vitæ brevitate, *ibid.* 250, 251. secunda, ex malis quibus Cæsarius ereptus est, *ibid.* 252. tertia, si quæ bona Cæsarius amisit, malorum quæ illis admixta sunt expers est, *ibid.* 253. quarta, ex beatitudine quæ justorum animas et eorum corpora manet, *ibid.* 254. quinta, ex spe renovationis totius mundi, in qua Cæsarium non jam peregrinantem, sed clarum, illustrem et excelsum videbunt, *ibid.* 255. Gravis ad auditores exhortatio, *ibid.* 255, 256. Precatio ad Deum pro anima Cæsarii, *ibid.* 257, 258.

Cæsarius Gregorii frater. Hunc Juliani aulæ addictum Gregorius exagitat, III, 12. Quam grave detrimentum illi hic demoranti imminebat, *ibid.* 14. Nicææ terræ motum evadit, IV, 167.

Cæsarius motuum horribilium effugit minas funestas, quando Nicææ urbs solo æquata fuit, IV, 519; X, 1, 2. Illi inter has ruinas quasi miraculose salvo gratulatur Gregorius, III, 34. Cæsarius moritur, IV, 206, *v.* 368, etc. Cæsarius moritur primus ex Gregorii proximis, *ibid.* 422, *v.* 1. Cæsarius morbo vitæ rapitur, IV, 519, *v.* 3, 4. Cæsarius moritur in Bithynia, *ibid.* Cæsarius cum matre defunctus tumulatur, *ibid.* 422, *v.* 3, 4.

Cæsarii de morte queritur Gregorius, III, 121. Post ejus mortem hostes impetum faciunt in ejus facultates, III, 45, 46; IV, 167, *v.* 183, etc.; 206, *v.* 371, etc. Sophronio Cæsarii defuncti res commendantur, III, 45, 46. Cæsarii mors curas Gregorii auget, IV, 166, *v.* 165, etc.

Cæsarius pecuniam perdiderat partim in terræ motu Nicææ, partim a latronibus, IV, 167, *v.* 172, etc.

Cæsarius Gregorium fratrem, ut patrem colebat, IV, 168, 169, *v.* 217, etc. Non deflet Gregorius ejus direpta bona, quæ communia cum pauperibus habere cupiebat, sed animam suam super omnia deflet, *ibid.* 169, *v.* 221, etc. Cæsarii mortui laudes, III, 45, 46; IV, 167, 516, 517, 518, 519, 520, 521.

Cæsarius geometria, logica, grammatica, medicina, rhetorica et eleemosynis inclaruit, IV, 167, *v.* 177, etc.; 518, *v.* 1, 2, etc. Cæsario extincto, dolore correpta est imperatoris aula, et Cappadoces ceciderc animis, *ibid.* 520, *v.* 1, 2. A Martyribus ut Cæsarius suscipiatur in tumulo orat Gregorius, *ibid.* 521, *v.* 1, 2, etc. Ipsum invocat, *ibid.* 167, *v.* 177, etc.

Cæsarius Constantinopolis olim præfectus. Huic Gregorius consobrinos suos Helladium et Eulalium, injusta pro prædio patientes, commendat, III, 25.

Caïn nequam, III, 427, *v.* 448. Caïn et Abel ex uno generis principe prodierunt, *ibid.* 429, *v.* 492.

Caïn ad inferendam fratri necem invidia impulsus, II, 232. De Caïn septies supplicium sumitur, hoc est fraternæ cædis ab eo pœnæ repetuntur, *ibid.* 348.

Caïphas detestabilis, III, 428, *v.* 486.

Calaïs pravus pictor, IV, 287, *v.* 744.

Calamitas secundis rebus magis est expetenda, III, 35. Calamitates pro Christo susceptæ laboresque pro veritate exhausti beatum efficiunt, *ibid.* 98. Calamitates piis et impiis communes, IV, 108, *v.* 278, etc. Calamitates multas passo, multa cognoscere contingit, *ibid.* 194, *v.* 18, 19. Calamitatibus afflicti sibi meliora non promittunt, *ibid.* 167, *v.* 167, 168.

Calamitates piorum infirmos offendunt, quasi nullum pietatis præmium habeant, et fortuita sit hujus mundi compages, nec res humanas Deus regat, IV, 387, *v.* 95, etc. Calamitates hominum variæ, *ibid.* 442, *v.* 24, etc. Calamitatum nemo expers, *ibid.* 442, *v.* 40, etc.

Calamitas iis qui ea afficiuntur commodo sæpe atque utilitati est, I, 200. Reges quoque humiles et abjectos reddit, II, 442. Calamitatis publicæ causa, in peccata populorum conjicienda, I, 377. Calamitate Deus alios castigat, alios erudit, *ibid.* 370. Quanta infelicitas ejus qui non calamitate melior evadit, *ibid.* 371. Calamitatem misericordia sistit, *ibid.* 387. In calamitate publica, quid populo, quid sacerdotibus egendum, *ibid.* 373, 374. Calamitatum origo quænam, *ibid.* 280.

Calceamenta solvere quid sit, ii, 494.

Calculorum præstigiæ a Juliano adhibitæ, i, 194. Calculorum inventores Eubæi, *ibid.* 163, 164. Calculorum inversio, a quibus, et quandonam fiat, *ibid.* 501, 502.

Caleb ad explorandum terram promissam deputatur, iv, 222, *v.* 834, etc.

Calix. In calamitate publica doceat pastor quomodo ira quæ appellatur calix in manu Domini, et calix ruinæ qui ebibitur, peccatis proportione respondeat, i, 364.

Callimachus poëta, iii, 314, 316.

Callimachus pravus pictor, iv, 287, *v.* 744.

Calumnia est accusatio clandestina, iv, 149, *v.* 105. A calumniis cavendum, iii, 245, 246. Vulgi hominum linguæ simplicioribus quibusque celerrime calumniam struunt, *ibid.* 61.

Calvus cum ariete obversa fronte congredi non debet, iii, 257.

Camelum acu admitti, natura impossibile, Deo volenti possibile, ii, 123, 124.

Canæ nuptiarum miraculum, iii, 391, *v.* 3, 4.

Cancer, animal, organum et sidus; tres cancri, etsi connumerentur, non ejusdem substantiæ sunt, ii, 153. Hinc argumentum connumerationis ab Eunomianis propositum corruit, *ibid.*

Cancri oblique gradiuntur, iv, 135, *v.* 121, 122.

Candaces, ut a catechumenis imitandus, ii, 321.

Candidianus præfectus, et paganus, a Gregorio amplissime laudatur, iii, 17, 18. Gentilis religione, *ibid.* 20. Ardentissime optat Gregorius, ut ad Deum religionemque se conferat, *ibid.* 20.

Canis: cur philosophi cynici hoc nomine vocati, ii, 5. Canis terrestris et marini exemplum quo fine ab Eunomianis adductum, *ibid.* 105. Canis terrestris, marinus et cœlestis; tres canes connumerantur, nec tamen, ejusdem substantiæ sunt, *ibid.* 153. *Vide* Cancer.

Canum pro catulis sollicitudo, iv, 457, *v.* 16. Canum ordo laudatur ad cadavera collectorum, *ibid.* 136, *v.* 141, 142.

Canities quippiam et palloris philosophum decet, ii, 40.

Canities aliquid habet prudentius et solertius, iii, 62. Canities jocatur, sed lusus gravis, immixta Christi simplicitate, iv, 572, *v.* 1, 2.

Canonici libri antiqui fœderis, iii, 378, *v.* 9, etc.; iv, 508, *v.* 264, etc. Canonici libri Novi Testamenti, iii, 379, *v.* 30, etc.; iv, 509, *v.* 285, etc.

Canotalorum fundi emptionem Amphilochio episcopo redintegrari vult in testamento Gregorius, iii, 332.

Cantica graduum, quænam, ii, 31. Quinam ea canere mystico sensu dicantur, *ibid.* Cantica Canticorum, quare sic dicta, *ibid.* 298.

Canticum Canticorum, Salomonis opus, liber canonicus, iii, 378, *v.* 18; iv, 509, *v.* 275.

Cantilenæ turpes vitandæ, iv, 503, *v.* 100.

Cantor cantore eo magis adjungitur, quod eorum opera circa vocem versatur, iii, 262.

Cappadocia in duas provincias dividebatur. Urbes duæ præfectæ minoribus erant, Cæsarea et Thyana, iv, 714.

Cappadocia, regio sacra et apud omnes pietatis laude clara, i, 476. Cappadocum nihil tam proprium quam fidei firmitas, ii, 424. Cappadocia, non minus juvenum quam equorum bona nutrix, *ibid.* 396. Obsonio salso utitur, *ibid.* 427. Duas in provincias quo tempore divisa, *ibid.* 446.

Cappadocia Cæsarium extinctum luget, iv, 520, *v.* 1, 2. Cappadocia equis celebris, *ibid.* 521, *v.* 4. Cappadocia luget Euphemium, *ibid.* 525, *v.* 4.

Capricornus in siderum numerum ascriptus, quid in comparatione crucis in cœlo fulgentis, i, 183.

Captivitas Babylonica, iv, 308, *v.* 66, 67.

Captivitas Judæorum multiplex, ii, 361. Captivitatis Babylonicæ descriptio, i, 228 *et seqq.*

Caput nostrum, quomodo et qua de causa purificandum, ii, 337. Caput non sit, qui vix aut manus, aut pes, aut vilius quoddam corporis membrum est, i, 444.

Carbala, Gregorii prædiolum, a quo

discedit ob adductas in viciniam fœminas, III, 278.

Caritas (seu charitas) legis ac Prophetarum summa, I, 301. Charitatis, spei, et zeli comparatio, *ibid.* 313. Pulchra res est charitas; ejus testis Apostolus, qui Israëlis causa gravius aliquid adversus se proloqui non dubitavit, *ibid.* 309. Testis Deus ipse qui charitas appellatur, *ibid.* Si quis roget quidnam sit quod adoramus, promptum est respondere quod sit charitas, *ibid.* 301. Deus noster charitas est, eoque nomine magis delectatur, *ibid.* Quid causæ est, cur charitatem colimus, mutuis odiis flagramus? *ibid.*

Deus charitas appellatur, per ipsum quoque vocabulum nos admonens, ut virtutem illam quæ proprie Dei est comparare studeamus, I, 225. Charitatis parens, imo ipsa charitas Deus, *ibid.* 295. His nominibus præcipue delectatur, ut per ipsa quoque vocabula, mutuum amorem, quasi lata lege promulgat, *ibid.* Servorum, et filiorum Dei discrimen ex timore et charitate, *ibid.* 469. Charitas non est, si faciliora quispiam sibi ipsi det, asperiora proximo tribuat, *ibid.* 435.

Charitas, ut summa legis et Prophetarum finis, ita præceptorum omnium primum maximumque censenda est, I, 311, 312. Hujus præcipua pars in eo sita, ut pauperes amore et benevolentia complectamur, *ibid.* Ex charitate ad pauperes accedendum, *ibid.* 333. Omnia charitatis officia, quæcumque sint, Christus in se recipit, II, 32. Charitas animis infixa, naturæ vim obtinet, I, 514.

Charitas ad Dei cognitionem plus valet, quam scientia, IV, 37, *v.* 985, etc.

Charitas fraterna. Nemo sibi tantum vivit, sed proximo, III, 22. Pulchra res est amor fraternus, testis est Jesus ipse, qui non modo frater noster vocari, sed etiam salutis nostræ causa supplicio affici sustinuerit, I, 309.

Carith torrens. Elias pastus est a corvis, non in monte Carmelo, sed in torrente Carith, IV, 698. *Vide notam* (9).

Carmelus mons. A corvis pastus est Elias, non in monte Carmelo, sed in torrente Carith, IV, 698. *Vide notam* (9).

Carmelus Eliæ, a Gregorio Theologo cogitatus, postquam Sasimorum episcopus consecratus est, I, 284.

Carmina a vetula muliere primum inventa, qua ratione, I, 164.

Carmina pectoris robur effœminantia fugienda, IV, 503, *v.* 101.

Carnales suas augent compedes, IV, 24, 25, *v.* 602.

Carnifices nil grave agunt, quia legibus deserviunt, III, 201.

Caro Christi, propter eam quæ animæ cupiditati obsecuta est, simulque condemnata, I, 35, 36.

Caro, nubis cujusdam instar, animæ lumen obscurat, nec divini radii splendorem pure intueri sinit, II, 281. A multiplici ratione in virgine superatur, *ibid.* 250. Carnis humanæ constitutio, ita plerumque imbecillis ut paleari ratiocinio vincatur, *ibid.* 489. Carni Deus jungitur, I, 35.

Carnem suam gravioribus verbis exagitat Gregorius, IV, 379, *v.* 1, etc. A carne poscit Gregorius quid velit, *ibid.* *v.* 74. Non illi dabit vitæ ludibria, sed solum quæ necessaria ad vitam servandam, *ibid.* *v.* 80, etc. *Vide* Christus incarnatus.

Caro. Carni non indulgendum, III, 441, *v.* 60. Carnem aliqui domant sua sponte, non ex amore Dei, *ibid.* 460, *v.* 568, 569. Caro aliud, aliud lex præcipit, *ibid.* 487, *v.* 37. Carnem objurgat quidam Stoïcus, IV, 25, *v.* 604, etc. Caro hostis blandus, *ibid.* 42, *v.* 59. Caro domanda, *ibid.* 127, *v.* 7.

Carnis adoratores Beelphegor colunt, IV, 329, *v.* 87, etc. Carnem afflictare obesam utilissimum est, *ibid.* 365, *v.* 43, 44. Carnes crassas et ventrem prominentem porta angusta non capit, *ibid.* 366, *v.* 49, 50. Carnis et mentis bellum intestinum, *ibid.* 369, *v.* 65, etc. Lex carnis mala et malis gaudens, *ibid.* *v.* 71, etc. Carnis et mentis pugna, *ibid.* 370, *v.* 89, etc. Pharmaca ad subigendam carnem, *ibid.* 371, *v.* 121, etc.

Caro nec rationibus paret, nec laboribus domatur, IV, 372, *v.* 165, etc. Carni homo sociatur, ut domina coquo suo, *ibid.* 417, *v.* 78, 79.

Carpocrates aliique multi, bellum pro bono adversus Creatorem gesserunt, II, 12. Eorum nugæ atque præstigiæ,

suomet tandem, ut æquum erat, profundo absorptæ, ac silentio traditæ, *ibid.*

Carterius supra carnem evectus Hellenio commendatur a Gregorio, iv, 431, *v.* 139, etc. Carterius, Bassi filius, cum patre sepultus, *ibid.* 553, *v.* 2. Gregorii juventutis gubernacula rexit, et cum vitæ incorporeæ alligavit, *ibid.* 554, *v.* 3, etc. Tutela fuit optima juvenum, *ibid.* 555, *v.* 7, 8. Mortuus est, quia illum voluit sacrum cantorem cœlestis chorus, *ibid.* *v.* 4. Nicomedi fuit pietatis socius, *ibid.* *v.* 1, 2. In tellure Xolorum sepelitur, *ibid.* *v.* 1, 2. Vocatur Crucifer, *ibid.*

Carus imperator a Persis oppressus, i, 185.

Castalia, extincto Juliano imperatore, rursus siletur et silet, i, 206. Castalii fontis latices, ii, 279.

Castalia cruci cedat, iv, 495, *v.* 256.

Castigatio venia interdum præstabilior, i, 388. Paternæ benevolentiæ argumentum, *ibid.* 376. Iis qui malo aliquo afficiuntur commodo sæpe atque utilitati est, *ibid.* 200. Castigatio quælibet in hac vita levis est, in comparatione malorum quæ impios manent, *ibid.* 367.

Castigatio corporis (pœnitentia et austeritas) pulchra res est, testis est Paulus se ipsum domans et coërcens; testis ipse Jesus jejunans, tentationem subiens et tentatorem superans, i, 310.

Castitas. Paulus castitatem viro et mulieri, velut lege, præscribit; quo tandem modo, ii, 246. Corpore castitatem colens ne animo adulterium committat, *ibid.* 256.

Castimonia et virginitas pulchra res est, testis est Paulus de his rebus leges statuens ac matrimonii et virginitatis controversiam disceptans; testis ipse Jesus ex Virgine nascens, i, 310.

Castitatis præclara remedia, iii, 441, *v.* 62, etc. Cum animalibus rationis expertibus temperantiæ pudicitiæque sit aliqua cura, absurdum est hominem a Deo ad ipsius imaginem effectum, toto vitæ curriculo, integram castitatem tueri et conservare non posse, *ibid.* 460, *v.* 557, etc. Castitas hominem æquat Angelis, *ibid.* 474, *v.* 3, 4. Castitas virginalis et conjugalis, *ibid.* Castitatis laus, iv, 30, *v.* 773, etc.; 34, *v.* 890.

Cohortatio ad castitatem amplectendam, iv, 125, *v.* 307, etc.

Castos criminari non decet propter lapsos, iv, 571, 572.

Castorem, ut sibi sacerdotem reddat, precatur Gregorius, iii, 287. Illum rogat ut dominam communem sororem, forte Theclam, quam citissime ad sese remittat, *ibid.* 288. Liriandus et Caberina prædia pauperum domui a Castore donata, *ibid.* 289.

Castus. Eumdem simul et amabilissimum et castissimum esse haud facile contingit, i, 401.

Casus inopinati, mortem afferentes, enumerantur, ii, 308, 309. Rerum procreatio atque productio, casui vel fortunæ minime tribuenda, *ibid.* 72.

Catadupa. *Vide* Cataractæ Nili.

Cataractæ Nili ab Æthiopia in Ægyptum devolvuntur. Tanto autem cum impetu ex altis montibus ruit iste fluvius, ut in illis locis, quæ Catadupa nominantur, ad properantium inter scopulos aquarum fragorem aures incolarum dicantur obsurdescere, iii, 494.

Cataractæ Nili et Catadupa, iii, 8.

Catechesis est doctrina pueris tradita, iv, 154, *v.* 234.

Catechumenus in pietatis vestibulo adhuc versatur, ii, 310. Ante baptismum se emundet, *ibid.* 326. Catechumeni in Cæsariensem episcopum ordinatio, cogente urbis populo facta, i, 426. Episcoporum, et ordinatione sententiæ, *ibid.*

Cathedra pontificalis, invidiosum et periculosum fastigium, ii, 387.

Catholici, propter alia scelera sua, Arianis persecutoribus a Deo traditi, ii, 367. In ira parva percussi, in sempiterna misericordia glorificandi, *ibid.* 371. Ecclesiis, domibus, et ipsis solitudinibus pulsi, *ibid.* 385.

Catholicorum exilia sub Arianis principibus, ii, 384. Catholicorum et Arianorum in urbe regia comparatio, *ibid.* 209. Catholici, omnibus licet destituti, hæreticis longe ditiores, *ibid.*

Caupones veritatis, quinam, i, 47. Quidam Christo, cauponum et negotiatorum instar, abutuntur, ii, 304.

Causa non semper effectu suo antiquior, ii, 94, 95. Quidquid alicujus rei causa factum est abjectius est eo propter

quod factum est, I, 519. Quod alterius est, II, 379. Quo sensu Deus Pater dicatur causa divinitatis in Filio et Spiritu sancto, I, 457, 458.

Causa Dei per silentium et quietem non prodenda, I, 485. In causa Dei, quisquis, affectu sincero Deum colit, etsi natura mansuetus, vere pugnax efficitur, *ibid.* 224.

Causis sublatis, effectus tolluntur, IV, 84, *v.* 311, etc.

Cautio incauta, II, 310.

Cecropia. Oppidum Athenas Cecrops a se appellavit Cecropiam, IV, 751.

Cecropidæ, quinam, II, 396. Nihil essent in comparatione majorum Basilii Magni, *ibid.*

Cecropidæ e terra geniti, super capillos cicadam terræ filiam gestabant, IV, 461, *v.* 130.

Cedere. Non semper cedendum, IV, 137, *v.* 9, etc.

Cedrus cum quassatur, pinus quonam modo secura ? IV, 333, *v.* 207, 208.

Celebritas publica amat aëris serenitatem, IV, 239, *v.* 1356.

Celeritas præceps ubinam maxime periculosa, II, 90. Celeritas in verbis cavenda, *ibid.* 594.

Celeusmata pia et religiosa, cum naves e portu solvebant adhiberi plerumque solita, II, 478.

Celeus, Eleusinæ rex, ac Triptolemi pater, II, 278.

Celeusius presbyter ad Theodorum Tyanensem a Gregorio mittitur, III, 210.

Celeusium, ut videtur, urbis Nazianzi præfectum reprehendit Gregorius, quod sacra jejunia non servet, et fœda spectacula proponat, III, 166. Celeusium loquaciorem hominem taciturnus Gregorius egregie carpit et irridet, *ibid.* 167.

Centaurus, heroum sui temporis præceptor, II, 404.

Centurio, cur Christi potentiam requirit, et præsentiam illius deprecatur, I, 279. Laudabili timore perterritus medicum in ædes suas non admittit, II, 282. Medicinam exposcens, medicum non admittit, tanquam ejus præsentia indignus, I, 455.

Centurionis famulus a Christo sanatus, III, 387, *v.* 4; 390, *v.* 5.

Census celerrimus malorum magister, IV, 135, *v.* 95. Census indicti tempore Christus nascitur, *ibid.* 438, *v.* 337, 338; 339, *v.* 11, 15, 16.

Cephas. Ecclesia, Gregorii ævo, in multos Cephas divisa, II, 171.

Cera ferro facile imprimitur, ferrum autem difficilius, adamas autem nulla re, III, 283.

Cerberus apud inferos tria et similia capita habens, I, 154.

Cercidas lepidus citatur, IV, 24, *v.* 598.

Cercopes vocat Gregorius astutos et veteratoriæ cujusdam improbitatis episcopos, qui artibus suis et dolis omnia perturbabant concilia, IV, 735.

Cerdo hæreticus, II, 10. *Vide* Carpocrates.

Ceres. Cereris vagationes, et turpissima facta, II, 278. Quantum mysteria nostra ab hujusmodi sacris abhorreant, *ibid.*

Cereorum ignes in funeribus Christianorum, I, 191.

Cerinthus hæreticus, II, 12. *Vide* Carpocrates.

Certaminum, quibus hæresis vincitur, præmium, cœli regnum est, ac Deum effici, omnis doloris sensu sublimiorem, II, 6. Certaminum equestrium spectatores, ut ridicule se gerebant, *ibid.* 407.

Cerva, Iphigeniæ substituta, II, 400. *Alludit hic Gregorius ad Iphigeniam, Agamemnonis filiam, quæ cum Dianæ in sacrificium esset oblata, Diana miseratione permota, ipsius loco cervam substituit. Quæ postea Dianæ sacerdos facta, hospitibus manus inferre, hominesque ipsi immolare didicit.*

Cervi se ipsos Martyribus in obsonium offerunt, II, 400.

Cete efficit Deus Sanctorum oratorium, IV, 216, *v.* 677.

Chæreus locus, diei unius itinere Alexandria distans, I, 488. Nilus ab eo Alexandriam influit, *ibid.* Populus Nili fluminis instar, effetus, et retracto cursu fluens, Athanasio ab exilio redeunti ad eum locum obviam occurrit, *ibid.*

Chalanæ turris ; id est, turris Babel, II, 456. In ea linguæ hominum divisæ sunt, I, 482. In Ecclesia denuo excitatur, et linguas dividit, II, 182.

CHALDÆI astrologi, IV, 10, *v.* 190, etc. Chaldæi providentiæ hostes, cultoresque astrorum, *ibid.* 232, *v.* 1157, 1158.

Chaldæi vel Cyprii, sacrificiorum profanorum inventores, I, 165. Chaldæorum astrologia, II, 279. Chaldaïcum semen, quid juxta Scripturam, II, 490.

Gregorius pater sanctæ uxoris conjux, et filii sacerdotis genitor, IV, 534, *v.* 3 *et seqq.* Hunc ab Hellenio honorari postulat Theologus, *ibid.* 437, *v.* 317 *et seqq.* Tertius e Theologi proximis moritur, *ibid.* 422, *v.* 2. Centum annos natus, et quadraginta annis in episcopatu exactis, clarus Triadis interpres dulcem somnum carpit, *ibid.* 533. Beatus senectute bona, bonis filiis donatus pontifex, et pontificis pater moritur, *ibid.* 535, *v.* 1, 2. Non sanctæ radicis germen, sed sancti conjugii caput et trium liberorum abit plenus terrestrium et cœlestium annorum, *ibid. carmen* LXI. Gratiam et spiritus splendorem moriens in filium effudit, *ibid. carmen* LXII. Parvum sortitus est gregem, sed optimum, quem filio commendat, *ibid. carmen* LXIII *et carmen* LXIV. Christus refulsit intellectui Gregorii, qui fugiens idolorum noctem suis sacrificiis populum suum usque adhuc regit, *ibid. carmen* LXV. Gregorium patrem mortuum invocat Theologus, *ibid.* 543, *v.* 1 *et seqq.* Parem mortem patri habere optat, *ibid. carmen* LXXXV, *v.* 1, 2. Gregorius pater, cum Nonna conjuge Gregorio filio per prosopopœiam fausta precatur, *ibid.* 459, *carmen* CI, *v.* 1 *et seqq. et carmen* CII, *v.* 1 *et seqq.*

GREGORIUS Theologus ante ortum a pia matre Deo promissus, et statim atque in lucem editus est, consecratus, I, 404. Ab utero Deo consecratus, *ibid.* 64. Sub piis parentibus Nazianzi primum educatus cum Cæsario fratre, *ibid.* 240. In Palæstinam missus, ibique ob amorem artis oratoriæ moratus, Cæsario Alexandriam profecto, *ibid.* Gregorius et Cæsarius, hic ex Græcia, ille Alexandria eodem tempore Byzantium appulsi, *ibid.* 242. Domum simul redeunt, *ibid.* 243. *Vide* CÆSARIUS.

Gregorius Athenas advenerat paulo ante Basilium, II, 407. Exorta, dum navigaret, gravi tempestate, vehementer timet, ne non baptizatus e vita discedat, I, 423. Parentum precibus naufragio liberatus, Rhodum appulit, *ibid.* 424. Basilium Athenas a Deo missum excipit, II, 406. Quid inde lucri perceperit, *ibid.*

Gregorius et Basilius, ex eodem patriæ fonte in diversas regiones dissecti, rursus Athenas coëunt, II, 407. Mutuo deinceps amore sauciantur, *ibid.* 409, 410. Gregorius Armenios Basilium argutiis urgentes primum juvat, mox deserit, *ibid.* 410. Dum Athenis agunt, urbis superstitionibus non implicantur, *ibid.* 412, 413. Qua de causa arctioribus amicitiæ vinculis Athenis conjuncti, *ibid.* 411. Duas tantum vias cognoscunt, quarum una ad ædes sacras, altera ad professores ducit, *ibid.* 413. Christianos esse et nominari, omnibus rebus præstantius habent, *ibid.* Hoc inter æquales erant, quod fluvius per mare dulcis fluens, *ibid.* 413. Præclarissimi sodalitii præceptores, *ibid.* 414. Per totam Græciam celebres, *ibid.* Oreste et Pylade celebriores, *ibid.* 414, 415. Triste ac miserum spectaculum cum Athenis profecturi sunt, et domum reversuri, *ibid.* 416. Ut obstitere sodales et magistri, *ibid.* 417 *et seq.* Gregorius solus rema-

nere coactus, diu miser esse non sustinet, *ibid.* 417. Equum Homericum imitatur, et ruptis vinculis, ad sodalem impetu fertur, *ibid.* Uterque domum reversi, cum nonnihil scenæ dedissent, sui juris efficiuntur, *ibid.* Basilius a Cæsariensi civitate retinetur; Gregorium pietas erga parentes ab eo abstractum tenet, *ibid.* 418.

Gregorius linguam suam in profanis disciplinis eruditam, divinis postea nobilitat, II, 231. Suæ in presbyterum ordinationi consentit, I, 22. Die solemni presbyter consecratus, *ibid.* 12. In Pontum secedit, quibus de causis, *ibid.* 25, 26, 27. Gregorium presbyteratus non puduit ob altioris gradus cupiditatem, ut quidam forte suspicabantur, *ibid.* 24. Quid eum deterreat a præfectura, I, 62. a sacerdotio, *ibid.* 63, 64. Gregorii post fugam reditus variæ causæ, *ibid.* 75, 76, 77.

Gregorius patri obedientem se præbet, et ideo benedictionem sibi reddi postulat, I, 82. Juliani arguti minas non timet, *ibid.* 69. Postremus licet, ad persecutionem ejus cum Basilio reservatus, *ibid.* 210. Orto inter monachos Nazianzenos et Gregorium patrem schismate, obmutescit, procul ab omni bono remotus, *ibid.* 215. Dolor ejus die ac nocte renovatur, per ipsa etiam monasticæ vitæ officia quibus schismatici vacabant, *ibid.* 215. Quonam id pacto, *ibid.* 216. Quo fine Julianum Augustum duplici invectiva proscindit, *ibid.* 98, 100, 101.

Gregorius, schismate composito, silentium exuit, et fidelibus, imo potius Deo sermonem offert, I, 218. Sermonis illius scopus est, ut, propter pacem, gratiæ Deo agantur, et fideles de bono pacis admoneantur, *ibid.* 220. Cæsarium fratrem oratione funebri celebrat, anno 442 exeunte, vel 443, ineunte, *ibid.* 236. Gorgoniam sororem, anno 445, Basilio ab episcopo suo vexato auctor est, ut in Pontum recedat, II, 421. Basilio in episcopum electo, domi se continet, ne invidiæ pateat, *ibid.* 430. Postea, cum ad eum venisset, insigniorem inter presbyteros honoris locum recusat; ob utrumque factum a Basilio laudatus, *ibid.* Cæsareæ agebat, quo tempore Valens imperator cum Basilio colloquium in ecclesia habuit, *ibid.* 441. Basilium Dei voce loquentem audivit, *ibid.*

Gregorius, proposito sibi episcopali munere, acerbitate ac mœstitia impletur, I, 280. Eodemque modo afficitur quo pueri ad fulgetra, *ibid.* Episcopum Sasimorum ordinari se patitur, non suasione inductus sed coactus, *ibid.* 282. Ejus hac de re tum ad Basilium, tum ad alios oratio, *ibid.* 280.

Sasimorum episcopus esse renuit, II, 233, 234. A Basilio ordinatus; cum cætera Basilii facta, supra quam dici potest, admiretur, hoc unum laudare nequit, *ibid.* 447. Hinc illi omnis vitæ perturbatio manavit, *ibid.* Basilium tamen excusat, *ibid.* Solitudinem et silentium expetit, I, 437 *et seqq.* Quibus de causis, *ibid.* Quibus rationibus in solitariæ vitæ proposito aliquandiu steterit, *ibid.* 284. Quas cogitationes in Basilium tum animo versaret, *ibid.* 285. Quibus rationibus inductus sit, ut sententiam mutaret, et onus injunctum susciperet, *ibid.* 286. Aliam ejusdem argumenti orationem habet ad Gregorium Nyssenum, *ibid.* 287.

Gregorius de patre ac Basilio queritur, quod ipsum in animarum forum intulerint, I, 431. Quare animarum cura foro comparata, *ibid.* Gregorius, etiam post reditum e fuga, curam Ecclesiæ Nazianzenæ cum suo patre curam non recusat, *ibid.* 300. Velut magnæ aquilæ et altissime volanti pullus e propinquo advolans, *ibid.* Patre mortuo, pennam suam Spiritui, quo volet, et quoquo modo volet, daturus, *ibid.*

Gregorius propter plagam grandinis quæ natale solum afflixerat, sermonem ad populum habet, I, 361. Medio circiter anno, 449, tunc pastorum princeps, *ibid.* 374. Divinæ misericordiæ sponsorem se præbet, *ibid.* In ordinatione Eulalii Doarensis, manus in se a quodam sacerdote immissas queritur, *ibid.* 304. Julianum præfectum in cives Nazianzenos ira commotum flectere modis omnibus tentat, habito ea de re sermone anno 449, circiter exeunte, *ibid.* 382, 383. Gregorium patrem, medio circiter anno 450, funebri oratione commendat præsente Basilio,

ibid. 396. Patre vita functo, solitudinem ac silentium expetit; quibus de causis, *ibid.* 438. Sermonem habet ad Julianum amicum, tributis exæquandis Nazianzi præfectum, quare, *ibid.*

Gregorius dignus habetur qui Trinitatis cultor ac sincerus præco fiat, I, 523. Eo animo Constantinopolim petit, ut Catholicis ærumnarum socius esset, II, 23. Non sponte, sed invite, animarum regimen suscipit, *ibid.* 207. Qua lenitate ac modestia fuerit cum Arianis Constantinopolitanis, *ibid.* Ejus mansuetudo pro amentia habetur, *ibid.* Id Christi passionibus et ignominia minoris ducit, *ibid.* 208. Constantinopoli receptus in domo pia consanguineorum et amicorum, apud quos Catholici ab Arianis vexati conveniebant, *ibid.* 42. Exiguum Catholicorum gregem impense laudat, et a detractione tuetur, *ibid.* 209. Parvulam eorum Ecclesiam latiorem se visurum certissime prædicit, *ibid.* Catholicos eo modo erga se affectos experitur quo ferrum erga magnetem, *ibid.* 228. Quæ tanti desiderii causa, *ibid.* 230.

Gregorius non novum fontem Constantinopolitanis rupit, sed abditum illum, quem Ariani obstruxerant, aperuit, II, 229. Nec jucundum nec facetum se præbuit, sed eum in quem morositatis potius et rusticitatis quam adulationis et servilis animi nota caderet, *ibid.* 230. Quod philosophiæ genus ea in urbe coleret, *ibid.* Gregem suum sermonibus fovit, non temere jactatis, sed quos lectissimos habuit; non meretriciorum, ut a quodam perhibebatur, sed gravium et pudicorum, *ibid.* 375. Pro mercede, Trinitatis confessionem expetit, *ibid.* Ita docuit, ut adversarios contumeliis aut conviciis non incesseret, *ibid.* Pacis ita studiosus, ut nihil de veritate relaxaret, *ibid.* 376. Gregorius, ut Joannes, efficitur vox clamantis in deserto, *ibid.* 244. Deserto prius loco, et siccitate laboranti, nunc autem valde habitabili et frequenti, *ibid.* Lapidibus appetitus in urbe regia, pati non detrimento ducit, sed potius non pati, I, 517. Periculorum quæ pro Christo toleravit optimum fructum refert, populi Catholici incrementum, *ibid.*

Gregorius ab adversariis ex omni parte tentatus, II, 39. Unam hanc sapientiam se scire profitetur, quæ in timore Dei sita est, *ibid.* Ipsa paupertate dives, *ibid.* Nusquam exul, *ibid.* Thronum episcopalem prompto et hilari animo nunquam se conscendisse declarat, *ibid.* 40. Pecuniis spoliari non poterat, cum nullas haberet, *ibid.* 42. Amicos suos, parcendo potius quam accipiendo, gravaverat, *ibid.* Eos tamen experitur, alios contrarios, alios a longe stantes, *ibid.* Solus relictus, constanter omnia tolerat; eos tantum lugens qui sibi molesti fuerant, *ibid.* 43. Parum abest quin Petrus eum abneget, *ibid.* 42. Petrus ille, quis, *ibid.*

Gregorius, clamans licet et lamentans, in archisacerdotali sede a civibus Constantinopolitanis collocatur, II, 230. Anno circiter, I, 457.

Gregorius ultimum vale dicturus administrationis suæ rationem reddere, et collegarum judicium subire paratum se ostendit, II, 364. Regiam civitatem salutifera doctrina imbutam concilii patribus offert, *ibid.* 373. Constantinopolitanam cathedram se non affectasse multiplici ratione demonstrat, *ibid.* 233 *et seqq.* Huic Ecclesiæ, ut viduæ tutor atque curator, opem ferre tantum intenderat, *ibid.* 234.

Gregorius verum minimeque adulterinum sacerdotium custodivit, II, 381. Imperatorum aulas calcare non appetiit, *ibid.* Pro laboris mercede secedendi licentiam petit, *ibid.* Fastidii ac lassitudinis ejus causæ; prima, corpus tempore, morbo ac labore confectum; secunda, mansuetudo sibi toties in crimen versa; tertia, cum invidis hæreticis et Catholicis pugnandi necessitas; quarta, episcoporum inter se dissidia, *ibid.* 382, 383. quinta, Oriens et Occidens, Antiocheni schismatis occasione, divisi, *ibid.* 383. Pacis inter Catholicos Antiochenos initæ sponsorem se præbuerat, I, 516. Missionis libellum petit, II, 387. Supremum vale Ecclesiæ Constantinopolitanæ dicit, *ibid.* Etsi lingua sileat, se tamen manu et atramento pro fide pugnaturum spondet, *ibid.* 388. Senectute, morbo, et Basilii desiderio confectus, *ibid.* 469. Ab ipso Basilio vita functo, per visiones nocturnas officii admonetur, *ibid.* 468. Funebris

orationis tributum Basilio Magno persolvit, *ibid.* 394. Quibus de causis, *ibid.* 395.

Gregorii effigies. Sapientiæ et sacrarum litterarum studiosum se profitetur, II, 184. Sermonibus doctrinæque studiis se delectari non inficiatur, I, 159. Uno sermone sapientiæ dives, hac pretiosa margarita cum omnibus aliis quæ quondam habuit commutata, *ibid.* 218. Alia ejusdem argumenti, *ibid. et seqq.* Dicentes audire, quam dicere paratior, II, 169. A suscepta narratione se ipsum reprimere vix poterat, *ibid.* 412. In omni sermone atque actione ipsi propositum erat, ut fidei suæ commissos perfectos redderet, I, 261. Non quidem anathema pro hæreticis fieri, sed tamen aliquam gratiæ jacturam pro illis facere cupiebat, *ibid.* 523. Solitudinem ab initio amaverat, *ibid.* 25. Eamque in maximis gravissimisque periculis Deo voverat, *ibid.* Ei vita privata lucris ac divitiis omnibus optabilior, *ibid.* 75.

Gregorius, in miraculis admittendis cautissimus, I, 125. Demisse de orationibus suis sentit, *ibid.* 446. item de se ipso, II, 167. Laudes suas ab alio prædicari nunquam sustinuit, *ibid.* 415. Oblectamenta quibus labores suos levare solebat, ambulationes in maris ripa, circa solis occasum, *ibid.* 33. Cum neophyti eos a quibus baptizati erant ad mensam exciperent, ipse laudabili et honesta eorum vita ali, et eo modo ab eis excipit, qui vel nullo modo, vel non satis deprimuntur, nec patrato crimini parem vitæ emendationem afferunt, *ibid.* 292. Cumque recipit, convenientem eis locum assignat, *ibid.* 293. Ut se gerit in eos qui injurias intulerant, *ibid.* 385. Referendæ injuriæ potestatem, satis gravem pœnam existimat, *ibid.*

Gregorius petulantiæ ab Arianis accusatur, II, 201. Circa hominum de se existimationem ita affectus, ut, siquidem ea contingeret, non illiberaliter acciperet, *ibid.* 236. Sin minus, valere juberet, nec quidquam de rei veritate propter hominum opinionem detracturus esset, *ibid.* Quam alienus semper fuerit a mutanda, pro temporum diversitate, fidei et doctrinæ forma, *ibid.* 209. De corporis in se tyrannide apud Deum deplorat, *ibid.* 504. Inde mœstus est, unde alii gaudent, *ibid.* 384. Nec mirabitur, si quando morosus aut musto plenus a plerisque audiat, quare, *ibid.* In crimen ei datur quod Arianis pœnarum vicem non reddiderit, *ibid.* 385.

Gregorio exprobratum est quod nec mensa opipara, nec magnifica veste uteretur, nec splendide in publicum prodiret, II, 385. Criminationem diluit, et præpositos ita viventes perstringit, *ibid.* Se ipsum ad vulgi mores inflectere non vult, *ibid.* 386. Pastor timidus et circumspectus habetur; eamque ob causam, cautionis, tanquam ignaviæ notam illam expungat, *ibid.* Deum rusticitatis suæ patronum invenit, *ibid.* 205. In se ipsum collectus, Dei posteriora vidit : quidnam sit illud, *ibid.* 59.

Gregorius Theologus, quo patre et qua matre natus, IV, 165, *v.* 117; 422, *carmen* XCII, *v.* 3 *et seqq.* Deo promissus antequam nasceretur, *ibid.* 289, *v.* 805. Divino somnio pueri nomen designatur, *ibid.* 177, *v.* 429, 430. Matris precibus datus, et a matre Deo consecratus, ut Samuel, *ibid.* 176, *v.* 425; 196, *v.* 68; 373, *v.* 197; 422, *v.* 3 *et seqq.*; 423, *v.* 1, 2, etc.; 424, *v.* 3. Ejusdem pueruli manus sacris libris Deo consecratur a matre, *ibid.* 177, *v.* 429, 430. Habet domi clarissima exempla, *ibid.* 196, *v.* 94. Moriens sacra mensa servatur, *ibid.* 423, *v.* 3. A parentibus pie educatur, *ibid.* 374, *v.* 209. A pia matre fidem percipit, *ibid.* 165, *v.* 117 *et seqq.* Desiderio matris suæ adhuc puer obtemperat, *ibid.* 177, *v.* 450. Ejus adolescentia, *ibid.* 373, *v.* 205 *et seqq.* Mens ejus ut caseus recens concretus informatur, *ibid.* 374, *v.* 227, 228. Huic Deus amorem virginitatis somnio cœlesti immittit, *ibid.* 177, *v.* 450, etc.; 289, *v.* 806; 373, *v.* 201, 202; 374, *v.* 229; 422, *v.* 5, 6; 423, *v.* 5; 425, *v.* 1. Cito amorem virginitatis visione conceptum profert Gregorius in medium, *ibid.* 376, *v.* 271, 272. Cum piis consuetudinem habet, *ibid. v.* 277, 278. A prima ætate regiam viam carpit, *ibid.* 179, *v.* 488. Sacri libri illi sola cura, *ibid.* 171, *v.* 275, etc. Gaudet libris Dei causam defendentibus, *ibid.* 196, *v.* 96. Doctrinam comparat, *ibid.* 179, *v.* 489. Cur profanis disciplinis studuerit, *ibid.* 197,

v. 112, etc. Alexandria relicta, quo studii causa venerat, et versus Græciam navigans tempestate jactatur, *ibid*. 172, *v*. 307; 197, *v*. 124; 422, 423, *v*. 7; 423, 424, *v*. 7. A Phœnicibus mercatoribus servatur, *ibid*. 198, *v*. 150 *et seqq*. Mortem timens corpoream, animæ mortem nondum baptizatus magis perhorrescit, *ibid*. 199, *v*. 162 *et seqq*. Ejus oratio in periculo, *ibid*. 200, *v*. 193. Sedata divinitus tempestate Rhodum prætergressus, ad Æginum portum appellit, deinde Athenas et litteras, *ibid*. *v*. 202. Gregorii Athenis studentis vita sancta, cum Basilio amicitia,q ua omnia fiunt communia, *ibid*. 201, *v*. 221. Ejus a Basilio proficiscente separatio, *ibid*. *v*. 242, etc. Gregorium amici, sodales, magistri precibus, lacrymis, vi retinent, *ibid*. *v*. 247, etc. Inanis gloriæ minime studiosus, *ibid*. 202, *v*. 267. De optimo vitæ instituto consilium suscipit, *ibid*. *v*. 277. Inter vitam contemplativam et activam fluctuat, *ibid*. 203, *v*. 284. Mediam viam tenet, *ibid*. 303, *v*. 202 *et seqq*. Pietas Gregorii erga parentes, *ibid*. 204, *v*. 312, etc.

Gregorius, ideo Basilio factas promissiones in solitudinem Porticam abeundi fallere cogitur, III, 3. Illi jocans exprobrat Cæsareæ Cappadocum incommoda, *ibid*. 4. Hortatur ut presbyterii jugum sibi impositum patienter ferat, *ibid*. 15. Cæsarium fratrem ut ab aula discedat hortatur, *ibid*. 12.

Gregorius virginitatis cultor, III, 487, *v*. 48, 49, etc. Nuptias abjicit, *ibid*. 163, *v*. 63, 64; IV, 376, *v*. 283, etc. Omnia terræ bona fastidit, IV, 50, *v*. 113, etc. Voluptates aliis libenter relinquit, *ibid*. *v*. 119. Gustato lacte cœlesti, ad voluptates mundi redire nequit, *ibid*. 377, *v*. 299, etc. Omnia ludibria sæculi respuit, *ibid*. *v*. 303, etc. Vestes sericas, mensam pinguem, magnas domos, musicam, unguenta nil curavit, *ibid*. 163, *v*. 65. Optimæ Gregorii divitiæ, aza, sal, mensa, sine apparatu aquæ et Christus erigens, *ibid*. 163, *v*. 73. Gloria ab eo contempta, *ibid*. *v*. 83. Sic et humanæ dignitates, *ibid*. *v*. 89. Solius doctrinæ fit studiosus, *ibid*. 164, *v*. 96. Ipsam Deo subjicit, *ibid*. 164, *v*. 98, 99. Fugit mundum, odium non effugit, *ibid*. *v*. 102, etc. Preces, gemitus, noctes insomnes illi sunt deliciæ, *ibid*. 171, *v*. 279, etc. Ex quo rebus mundi valedixit, ut cœlestia sectaretur, mundo mortuus fuit et ipsi mundus, *ibid*. 168, *v*. 194, etc. Optat Gregorius ante malos eventus corpus abdidisse in latebris, ut solus habi taret,Christum solum meditans, *ibid*. 170, *v*. 261, etc. Invitus tamen in corruptionem mundi trahitur, a qua non parva mentis pars læditur, *ibid*. 179, *v*. 493, etc. Gregorii prima molestia famulo regere, *ibid*. 166, *v*. 143, 144. Secunda rem familiarem administrare, tributum solvere, et lites sustinere, *ibid*. *v*. 147.

Gregorius de ecclesiasticis dignitatibus nil cogitans, a patre presbyter invitus creatur, III, 15; IV, 204, *v*. 330. In Pontum fugit, *ibid*. 205, *v*. 348. Gregorii cum Basilio, in Pontica solitudine degentis angelica vita, III, 11. Diversi labores quibus eo loco incumbebant, *ibid*. 10, 11, 12. Eorumdem convivia, *ibid*. 10. Illis cordi erat pedestris philosophia et humi depressa, *ibid*. 15. Derelictam solitudinem non cessavit desiderare, et vehemens affectio ei senium infudit, IV, 174, *v*. 360, etc. A patre rogatus redit, veritus ne paternus amor in maledictionem excideret, *ibid*. 205, *v*. 357, etc. Cæsarium mortuum et ejus direptas divitias deplorat, *ibid*. 206, *v*. 368 *et seqq*. Minus tamen deflet ejus direpta bona, quam ejus animam, *ibid*. 169, *v*. 221, etc. Gregorius rapaces fert manus, *ibid*. 422, *carmen* XCII, *v*. 8. Graviores fiunt ipsius curæ post fratris mortem, *ibid*. 166, *v*. 165, etc. Ab eo colebatur ut pater, *ibid*. 169, *v*. 220. Morbo ipse laborat, III, 55, 56.

Gregorius Eusebium Samosatensem Cæsaream, ad consultationem de episcopi creatione nomine patris vocat, III, 64, 65. Basilici electionem illi commendat, *ibid*. 65, 66. Ejus laudes celebrat, *ibid*. 68, 69. Patrem suum Cæsaream, profectum qua jam Eusebius devenerat precibus et curis adjuvandum offert, *ibid*. 69, 70. Basilii laudes decantat et preces efflagitat, *ibid*. 96. Ejusdem personam et epistolas celebrat, *ibid*. 99. Gregorius episcopis ad electionem episcopi Cæsariensis convenientibus exprobrat, nomine patris, indecoram illorum

erga se agendi rationem, *ibid.* 160, etc. Promittit tamen adesse, si ad electionem Basilii conveniant, *ibid.* Basilio in episcopatum adsumpto gratulatur, *ibid.* 69. Non statim advolat propter obtrectatorum linguas, *ibid.* 70. Se illi affuturum promittit ut aliquid consilii impertiat, et utilitatem ipse capiat, *ibid.* 73.

Gregorius Basilium acriter objurgat propter oblatum Sasimorum episcopatum, III, 73, 74; IV, 206, *v.* 386, etc. Cum Martio Anthymo, Tyanorum episcopo, bellum gerere recusat, III, 74. Illum insectatur pro stabilienda Sasimorum sede venientem, *ibid.* 76, etc. Gregorio maxima actio erat otium, *ibid.* 75. Gregorii contra Basilium criminationes, *ibid.* 77, 78. De Ecclesia Nazianzena relicta se excusat, *ibid.* 128. Quas ob causas se ab ejus causa subduxerit, exponit, *ibid.* 193. Animam suam effervescentem comprimit Gregorius, IV, 207, *v.* 414. Cum Basilio unanimis sacra fert, *ibid.* 423, *v.* 6.

Gregorius et Basilius in fide parum fortes circa Spiritus sancti divinitatem accusantur, III, 85, 86, 87. Basilium vindicat Gregorius, *ibid.* 86, etc. Illum propter epistolas mœrore affectum lenire tentat, *ibid.* 88. Matri morbo laboranti assidens Basilium non potest invisere, *ibid.* 88, 89. Eum laudat, *ibid.* 69, 70, 84, 87. Gregorius iterum fugit. IV, 210, *v.* 490, 491. A patre post Sasimorum episcopatum ad participandæ Ecclesiæ Nazianzenæ curam incitatur, *ibid.* *v.* 495 *et seqq.*

Gregorii patris ad filium verba, *ibid.* *v.* 502, etc. Propter imminentes Apollinaristas se Ecclesiæ Nazianzenæ curam suscepturum pollicetur, III, 190, 191. Patris voto cedit, IV, 211, *v.* 518. Patris magni sedem non contempsit, *ibid.* 316, 317, *v.* 51, 52. Cur eam regendam assumpserit, *ibid.* 317, *v.* 53, etc. Verbum et Spiritum prædicat, *ibid.* *v.* 58. Parva licet gutta magnum tamen populum irrigat, *ibid.* *v.* 60. Sollicitus ne Nazianzenæ Ecclesiæ Apollinaristarum errore inficiatur, pastoritiam fistulam in adjutorium vocat, *ibid.* *v.* 64; *ibid.* 328, *v.* 49, etc. A populo ad episcopatum cogitur, *ibid.* 317, *v.* 68, etc. Presbyteri Gregorio infensi, *ibid.* 328, *v.* 67, etc. Dolet Gregorius maxime a sapientibus qui se amicos simulabant deceptum esse, *ibid.* 330, *v.* 113, etc. Dei benignitatem imitatus est, *ibid.* 331, *v.* 141, 142. Se bis deceptum queritur, *ibid.* 334, *v.* 1 *et seqq.* Non Nazianzi Sasimorum episcopus creatus fuit, III, 243, 244, 245.

Gregorius patris et matris senectutem curat, IV, 539, *carmen* LXXII, *v.* 2, 3; 549, 550, *carmen* CI, *v.* 2; *carmen* CII, *v.* 3, etc.

Dolet Gregorius de morte patris, III, 93. Nihil antiquius habebat, quam illi exequias persolvere, *ibid.* 94, 95. Patrem et matrem post discessum invocat. Quibus salvetur, IV, 543, *carmen* LXXXI, *v.* 1 *et seqq.* Gregorio per prosopopœiam fausta precantur parentes mortui, *ibid.* 549, *carmen* CI, *v.* 1; 550, *carmen* CII, *v.* 1 *et seqq.* Gregorius, mortuo patre, nullum prorsus episcopale munus exercet in Nazianzena Ecclesia, *ibid.* 211, *v.* 526. Ut hospes et peregrinus Ecclesiæ Nazianzenæ curam gessit testibus episcopis, *ibid.* *v.* 536, etc. Parentibus mortuis relicto Nazianzo Seleuciam se confert Gregorius, *ibid.* 212, *v.* 545. Ad monasterium sanctæ Theclæ confugit, *ibid.* Mortem Basilii luget, III, 109, 110, 121. Morbo iterum et molestiis vexatur, *ibid.*

Gregorius Constantinopolim profecturus Deo iter suum commendat, IV. 187, *v.* 1, etc. Constantinopolim venit invitus in laceratam hæresibus civitatem, *ibid.* 213, *v.* 573, etc. Juniori Romæ Trinitatem advexit, *ibid.* 424, *carmen* XCIII, *v.* 9. Male excipitur quasi duos induceret deos, *ibid.* 215, *v.* 652, etc. Lapidibus inter sacra petitur, III, 112; IV, 216, *v.* 665; 454, *carmen* XCIII, *v.* 10. Deliciæ sunt Gregorio, IV, 216, *v.* 665.

Gregorius injurias sacris mysteriis illatas graviores ac proprias injurias existimat, III, 112. Patiens patientiam commendat, *ibid.* 116. Elegans descriptio calamitatum quas patitur, *ibid.* 121, 122. Se contemptum queritur, *ibid.* 130. Ad judices trahitur, IV, 216, *v.* 668, etc. Favente Christo, dimittitur ab ethnicis judicibus, *ibid.* *v.* 673, etc. Improborum in Gregorium invidia, *ibid.* *v.* 679, etc. Gregorio objicitur, quod aliis se in omnibus præferre videretur, *ibid.* 217,

v. 703, etc. Gregorius objecta diluit, *ibid.* 218, *v.* 721, etc. Cædi postulat, ut Moses, ita ut salvus sit populus, *ibid.* *v.* 725, etc. Quanta deinceps patitur mala, ob levitatem Ægyptiorum, *ibid.* *v.* 740, etc. Maximus tentat illum expellere a sede Constantinopolitana, *ibid.* 219, *v.* 750, etc. A malo presbytero vexatur, *ibid.* 221, *v.* 824, etc. Mittuntur contra eum ex Ægypto exploratores miseri et venales, *ibid.* 222, *v.* 834, etc. Maximum pseudoepiscopum ordinatum acriter objurgat, *ibid.* 223, *v.* 887, etc. Levitatis notam propulsat Gregorius, *ibid.* 226. *v.* 954, etc. Se deceptum fatetur et veniam petit; sed error excusabilis, *ibid.* *v.* 974, etc. Timor Gregorium rebus cœlestibus addixit, *ibid.* 228, *v.* 1037.

Gregorius vult recedere, IV, 229, *v.* 1044, etc. Se aliquid hominis pati fatetur, *ibid.* *v.* 1053. Oratione præsentire dat discessum, *ibid.* *v.* 1057. Studia civium omnium, ut retineant Gregorium, *ibid.* *v.* 1062, etc. Episcopatum non legitime collatum illo recusante, in Anastasiæ templum confluens populus postulat ut saltem maneat, et ferat auxilium, *ibid.* 230, *v.* 1071, etc. A baptismo suscepto injuratus Gregorius, promittit se remanere donec veniant episcopi, *ibid.* 231, *v.* 1101, etc. Alii aliis de causis favebant Gregorio, *ibid.* *v.* 1117. Gregorii sermonibus delectabantur Catholici ipsi et hæretici, *ibid.* *v.* 1137, etc. Quomodo doctrina sana omnes et pietatis verbis imbuebat, *ibid.* 303, *v.* 13, etc. Ab omni verborum asperitate et maledicentia temperabat, *ibid.* 234, *v.* 1191, etc. Blanda utebatur oratione, ut decet Christi discipulum qui durus non fuit, *ibid.* *v.* 1201. Suos a disputandi libidine, ad piæ vitæ studium revocat, *ibid.* *v.* 1208. Divinis oraculis nutritus Gregorius scitus agricola habebatur, *ibid.* 236, *v.* 1258, etc. Magnus et varius ejus laboris fructus, *ibid.* *v.* 1262. Theodosius Constantinopolim veniens Gregorium honorifice excipit, *ibid.* 237, *v.* 1278, etc. Ab imperatore in episcopatum Constantinopolitanum advocatur, *ibid.* 238, *v.* 1311, etc. Raptante et applaudente populo, in templo constituitur, *ibid.* *v.* 1320, etc. Serenitas turbato aëri subito redit, *ibid.* 239, *v.* 1353, etc. Populus poscit, ut Gregorius Ecclesiæ Constantinopolitanæ præficiatur, *ibid.* 240, *v.* 1371, etc. Gregorii ad plebem alterius linguæ oratio, *ibid.* *v.* 1385, etc. Hæret Gregorius quomodo prosequatur quæ dicenda supersunt, *ibid.* 241, *v.* 1396, etc. Cur Gregorius lenitate erga hostes uteretur, *ibid.* *v.* 1407, etc. Aulicorum est moribus alienus, *ibid.* 242, *v.* 1424. Raro in aulam prodiens venerationem sibi conciliat, *ibid.* *v.* 1432, etc. Constantinopoli tamen imperatoris est commensalis, *ibid.* 317, *v.* 59, etc. Mitis et beneficus Gregorius juvat quos potest, metu eximit, *ibid.* 242, *v.* 1438, etc. Juvenis ad Gregorii cædem subornatus veniam petit et obtinet, *ibid.* *v.* 1445, etc. Renuit ecclesiasticis rationibus præficere quæstorem laïcum, *ibid.* 243, *v.* 1475. A concilio Constantinopolitano in sedem hujus urbis constituitur, *ibid.* 245, *v.* 1511, etc. Episcopatum non renuit Gregorius, ea spe adductus quod dissidentes male episcopos conciliaret, *ibid*, *v.* 1533. Hinc episcopatum tenet, populo pastoribus et spiritu advocantibus, *ibid.* 401, *v.* 47, 48. Nulla humana cupiditate huc adductus est, *ibid.* *v.* 49, etc. Mortuo Meletio, et de ejus successione agentibus episcopis, Gregorius agit ut Orientales et Occidentales conciliet, *ibid.* 248, *v.* 1591, etc. Censet Meletio non dandum successorem, sed expectandam Paulini mortem, *ibid.* 249, *v.* 1624, etc. Alium sibi subrogari cupit Gregorius *ibid.* 251, *v.* 1671, etc. Juvenum episcoporum murmur et clamitatio, in eorum sententiam senescunt, *ibid.* *v.* 1680, etc. Eos irridet Gregorius, *ibid.* Ironica ejus oratio adversus inconstantes, *ibid.* 253, *v.* 1725, etc. Morbo domi Gregorius detinetur, *ibid.* *v.* 1745, 1746. Recessum meditatur, *ibid.* 1748, etc. Incidit in pastores non amicos, *ibid.* 423, *v.* 9. Malorum præsulum judicium parvipendit, *ibid.* 254, *v.* 1756. Quibus articulis tentatur Gregorius ab episcopis, *ibid.* *v.* 1766, etc. Nunquam suam prodet salutem, *ibid.* *v.* 1774. E multitudine paulatim se subducit Gregorius mutato domicilio, sermonibus et conventibus valere jussis, *ibid.* *v.* 1777, etc. Piæ plebis preces ad Gregorium, *ibid.* 255, *v.* 1787. Rixa inter episcopos de Gregorii ordinatione, *ibid.* 256, *v.* 1807, etc.

Verba Gregorii ad episcopos, *ibid.* 256, *v.* 256. Ad pacem eos hortatur, *ibid.* 257, *v.* 1834, etc. Pro salute navis in mare ut Jonas demergi postulat, *III*, 187, 188; IV, 257, *v.* 1838, etc. E cœtu se eripit partim gaudio, partim mœrore affectus, *ibid. v.* 1856, etc. In episcopatu manere non vult, *ibid.* 311, *v.* 44, etc. Theodosium adit, *ibid.* 258, *v.* 1871, etc. Unum ab eo postulat, nempe licentiam abeundi, *ibid. v.* 1881, etc. Cur odio habeatur, *ibid.* 259, *v.* 1891, 1892. Abeundi potestate impetrata suos consolatur, *ibid. v.* 1905, etc. Iterum victus, sed corona redimitus habet, vice throni Deum et amicos Deo plenos, *ibid.* 260. *v.* 1920, etc. Orbatur filiis, *ibid.* 422, *carmen* XCII, *v.* 10. Cedit calamitatibus, *ibid.* Gregorius Ecclesiis dat lacrymas, *ibid.* 260, *v.* 1943, etc. Precatur ut vita sua perveniat ad cœlum, *ibid. v.* 1947, etc. Constantini urbe ejectus supercilium abstulisse dicitur, *ibid.* 400, *v.* 13, 14. Morum paternorum ac legum producitur corruptor, *ibid. v.* 15, etc. Magnis evictus thronis pauperes despicere incusatur, *ibid. v.* 39, etc.

Gregorius præcavet ne videatur in convicia dilabi, IV, 262, *v.* 18 *et seqq.* Jampridem lapidibus aptus et habilis est, *ibid.* 263, *v.* 32. Doctrinas aversatur quibus est vita contraria, *ibid. v.* 40. Scribendo solatium inquirit, *ibid. v.* 45 *et seqq.* Narrat quomodo avulsus fuerit a bonis quæ rerum divinarum contemplatio mundi contemptus et carnis afflictio procreant, *ibid.* 264, *v.* 71 *et seqq.* Obtestationibus et precibus cessit Gregorius, ut crimen arrogantiæ fugeret, *ibid.* 265, *v.* 90, etc. Prospera Gregorii prædicatio Constantinopoli, *ibid. v.* 114, etc. Ironice alloquitur episcopos sibi infensos, *ibid.* 266, *v.* 136, etc. Projicitur velut onus quoddam ex gravata nave, *ibid.* 267, *v.* 144, etc. Episcopos malos exagitat, *ibid. v.* 148, etc. Multum laboravit, ut doctrinam assequeretur, *ibid.* 272, *v.* 288, etc. Quæ docenda sint, exponit Gregorius, *ibid. v.* 309, etc. Carpit episcopos tempori et potestati servientes, *ibid.* 273, *v.* 333, etc. Gregorius paucos dies senectutis in tutum collocare satius æstimat, *ibid.* 289, *v.* 792, etc.

Gregorius invidiæ cedit, et se ipsum contrahit, *III*, 136. Ad Deum se convertit, cui soli vivit et spirat, IV, 289, *v.* 803, 804. Episcopos ad concordiam hortatur, et ut alter alteri infirmitates dimittat, quibus orbis misere perturbatur, *ibid. v.* 823. De improbitate inimicorum gaudet, quæ eum ab episcopatu liberat, *III*, 135. In ærumnis superabundat gaudio, eo quod fieri dignatus sit præco veritatis, *ibid.* 139. Cum episcopatu Constantinopolitano cessit, ex gravi et aspera tempestate ad tranquillum quemdam et tutum portum se appulisse æstimabat, *ibid.* 184. Apollinarium et ejus asseclas confutat, *ibid.* 139, 159. Contra hunc hæreticum psalmos versibus comprehensos scribere pollicetur, *ibid.* 153. Illi paucæ sunt, sed selectæ virgines, IV, 435, *v.* 261, 262. Hanc illi Deus gratiam dedit, ut illi sit ampla turba pietatis amans, *ibid. v.* 271, 272.

Gregorius quamvis ab episcopis male habitus sermonem profert, nec potest continere dolorem, IV, 291, *v.* 14, etc. In pravos episcopos invehitur, *III*, 76, 128; IV, 291, *v.* 14. Gregorius timet pœnas malis præsulibus præparatas, IV, 295, *v.* 116, etc. Christi exilium implorat, ut ei faveat in secessu, *ibid.* 296, *v.* 139, etc. Queritur se dudum pugnare contra hæreticos et pravos pastores, *ibid. v.* 141, 142. Gregorius significat se, si sua non persuadeat oratio, throni, aut operum, aut consiliorum participem non futurum, non navigationis et viæ comitem, *ibid.* 299, *v.* 198, etc. Dissidia componere studens, obteritur, *ibid.* 301, *v.* 16; 305, *v.* 43, 44. Lapides non timet, *ibid.* 301, *v.* 32. Trinitatis intrepidus assertor, *ibid. v.* 33, etc. Constantinopolim relinquit nihil habens, nihil relinquens, cujus desiderio excrucietur, *ibid.* 303, *v.* 1 *et seqq.* Trinitatem invocat ut sistat bellum, *ibid.* 305, *v.* 45, etc. Non jam amplius in conciliis gruum et anserum vult esse collega, *ibid.* 313, *v.* 91, 92.

Gregorius Anastasiam somniando sibi videre videtur, IV, 305, *v.* 1. Quo ordine stabat inter clerum et populum, *ibid.* 306, *v.* 7, etc. Varia erga illum plebis studia, *ibid. v.* 22, 23. Sermones ejus de Trinitate, triplici coruscante pulchritudine, *ibid. v.* 29. Iis auditis alii solo animo murmurabant, alii voci indignationem

testabantur, alii aperte repugnabant, *ibid.* 307, *v.* 33, etc. Excusso somno, Gregorii somnium evanescit, solo dolore remanente, *ibid. v.* 47, etc. Quantus dolor, et quantum charæ Anastasiæ desiderium, *ibid.* 308, *v.* 63. Virginum, viduarum, orphanorum, mendicorum, et amicitiæ nunquam se obliturum significat Gregorius, *ibid. v.* 83. Vale dicit omnibus, *ibid.* 309, *v.* 95, etc.


Gregorius libenter thronis cedit cum Deo locuturus, dummodo Trinitas prædicetur, IV, 188, *v.* 1, etc. Plebem Anastasiæ alloquens, eam desiderio prosequitur, *ibid.* 189, *v.* 1, etc. Eam olim sermonibus suis confluentem, nunc autem prædicatore destitutam luget, *ibid.* 188, *v.* 1, etc. Rugit, ut leo liberos ab aliis ereptos videns, et favente Trinitate iterum rugiet, *ibid.* 189, *v.* 7, etc. Discedens vale ad inimicos dicit, *ibid.* 190, *v.* 1 *et seqq.* A Trinitate, quam prædicans comparavit invidiam, salutem implorat, *ibid. v.* 1, 2. Omnia vocat in puræ doctrinæ testimonium, *ibid. v.* 3, 4. Gregorius in invidos ita invehitur, ut Christo se subjiciat, *ibid. v.* 5.

Gregorius sacerdotes nobiles, urbem Constantinopolitanam, viros pios contestatur, se iniqua ab invidis perpessum, sede ejectum post longa certamina, IV, 192, *v.* 1, etc. Ejus crimen fuit amor pacis, et quod neutri parti faverit, nec Christo potius quidquam habuerit; propterea ejectus est a sede in quam a Deo evectus fuerat, *ibid. v.* 19, etc. Gaudet relicta urbe, aula sacerdotibus, se vitam tranquillam quam optabat, acturum, *ibid.* 193, *v.* 25, etc. Lætitia exultat, quod invidiam fugerit et tempestatem, et portum subierit, ubi deinceps silentium Deo offerat instar victimæ, *ibid. v.* 31, etc. Gregorius invidiæ cedens tranquille philosophatur, III, 222. Nil aliud illi curæ est quam discessus ad quem se colligit et comparat, *ibid.* 227. Gregorium Nyssenum certiorem facit sibi non invito sed postulanti suffectum fuisse in sedem Nazienzenam Eulalium, *ibid.* 243. Theodoro episcopo scribens suam a Nazianzo secessionem excusat, *ibid.* 244. Rogat ut senectus sua calumniis non oneretur, *ibid.* Solas Ecclesiæ afflictiones, quamvis obruta calamitatibus anima deflet, *ibid.* 274. Injuria affectus, ab iis qui eum injuria affecerant, liberatur, *ibid.* 291.

Gregorii gemitus, dolorem his solis vult aperire, quibus communis amor, et malum commune, IV, 169, *v.* 240. Invidiæ patet, *ibid.* 179, *v.* 496, etc. Queritur animam suam a diabolo dejectam, *ibid.* 181, *v.* 539, etc. Ærumnis contritus, rogat ad se Lazarum mitti, qui digito humente aridam flamma refrigeret linguam, *ibid.* 182, *v.* 574, etc. Non uxore aut filiis gloriatur, *ibid.* 183, *v.* 601, etc. Nec amicis nec cognatis delectatur, *ibid. v.* 605. Cognatos sibi mors rapuit, *ibid. v.* 606. Amici autem parum fideles, *ibid. v.* 606, 607. Queritur se malis oppressum ex utero matris, *ibid.* 315, *v.* 10; 318, *v.* 83; 323, *v.* 1 *et seqq.*; 360, *v.* 1, etc.

Orientis et Occidentis fit cantilena, IV, 315, *v.* 20, 21. Ejus decus in ærumnis, *ibid.* 316, *v.* 29. Ærumnas suas peccatorum pœnas esse confitetur, *ibid. v.* 35, etc. Quid invidiam ipsi conflaverit, et attulerit ei molestias agnoscit, *ibid. v.* 45 *et seqq.* Gloria in altum extulit Gregorium et depressit in terram, *ibid. v.* 47. Illi gemitus operis loco extitit, *ibid.* 324, *v.* 7. Gregorii zelus illi odium conflavit, *ibid.* 325, *v.* 1. Quantis vexatur malis, *ibid.* 337, *v.* 1. Invidia quamvis mortuus premitur, *ibid.* 356, *v.* 6. Ærumnarum suarum causam a Deo requirit, *ibid.* 360, *v.* 10, etc. Ingemiscit quod ab amicis etiam multa perferebat, vitæque poscit solutionem, *ibid.* 361, *v.* 22. Gregorio omnia periere, eloquentia juventus gloria robur, *ibid. carmen* XLIII, *v.* 1, etc. Etiam patria exul privatur, *ibid.* 362, *v.* 7. Dubitat utrum mori an vivere potius optare debeat, pavor utrinque, *ibid.* 39, *v.* 5. Non curat utrum suum corpus tumulo sepeliatur, *ibid.* 40, *v.* 17, etc. Gravia pertulit, sed adversarii graviora, *ibid.* 390. *v.* 1; *ibid. carmen* LIII, *v.* 1 *et seqq.* Invidia pressus, gloriam cupit invidia carentem, *ibid.* 314, *v.* 1, etc.

Gregorius queritur quod sua mater se valde ærumnosum genuerit, *ibid.* 413, *carmen* LXXXVI, *v.* 1, etc. Gregorii sors ærumnæ et morbus, *ibid.* 414, *v.* 9, 10. Dolet quod non tantum valeat prædicare quantum cuperet, *ibid.* 14. Non jam matris suæ uterum incusabit, si




Deus se ex mundi cœno erutum in vitam meliorem transferat, *ibid.* *v.* 19.

Gregorii carmen adversus diabolum, IV, 391. Gregorius diabolum a se depellit, *ibid.* 392, *v.* 1 *et seqq.* Aliud Gregorii carmen adversus diabolum, *ibid.* 393, *v.* 1 *et seqq.* Carmen ejusdem adversus eumdem diabolum, *ibid.* *v.* 1 *et seqq.* Diatriba Gregorii adversus diabolum, *ibid.* 393, 394, *tribus in carminibus.* Gregorius cruce diabolum ferire minatur, *ibid.* 392, *v.* 11, 12; 393, *carmen* LVI, *v.* 6, 7; 394, *carmen* LX, *v.* 4 *et seqq.* Caput diaboli vult conterere, et eum ahenenum suspendere ut conspiciens vitet noxam, *ibid.* 394, *carmen* LVIII, *v.* 5, etc. Hunc objurgat et ejus detegit fraudes, *ibid.* 410, *carmen* LXXXIII, *v.* 1 *et seqq.*

Gregorii virtutes. Gregorius Nicenæ fidei addictissimus, III, 155. Circa fidem impugnatus se defendit, *ibid.* 152, 153, 154, 155, 157, 158. Illi quam pura fuerit, in defendendis Ecclesiæ dogmatibus intentio, *ibid.* 151, 152, 153, 158, 159. Jurat se nunquam Triadis fidem abjecturum, IV, 185, *v.* 1 *et seqq.* nec magnas appetiturum sedes, aut appetentibus affuturum, *ibid.* 185, *v.* 9, 10. nec hominem Deo antepositurum sedes, aut appetentibus affuturum, *ibid.* nec hominem Deo antepositurum, *ibid.* *v.* 11, 12. nec prosperis superbum, nec infirmum futurum ex adversis, *ibid.* *v.* 13, 14. nec injusta judicaturum, *ibid.* 186, *v.* 15, 16. nec deflecturum a recta semita propter pacem malorum, et bonorum scopulos, *ibid.* *v.* 17, 18. nec livori mentem traditurum, *ibid.* *v.* 19. nec cadentium lapsum irrisurum, *ibid.* *v.* 20. nec ira, nec lingua, nec lascivis peccaturum oculis, *ibid.* *v.* 21, 22. nec odio, nec vindicta inimicos persecuturum, *ibid.* *v.* 23, 24. nec pauperis manum aut mentem siti cœlestis verbi laborantem vacuam dimissurum, *ibid.* *v.* 25, 26. Illi optabilius erat perpeti quidlibet in carne, quam spiritaliter offendi, et multis esse offensioni, III, 193. Gregorius rebus terrenis non erat alligatus, nisi in quantum ineluctabilis necessitas cogebat, *ibid.* 279. Inquirit quis fuerit, quis sit, quis futurus sit, IV, 40, *v.* 15. Mundo mortuus est, *ibid.* 426, *v.* 2. Gravioribus verbis carnem suam exagitat, *ibid.* 379, *v.* 1. Postulat ut rabiem suam compescat, et in servitutem se eam redacturum, ni, apprehensa Christi fimbria, protervitatem reprimat, minatur, *ibid.* *v.* 19 *et seqq.* Lacrymarum fontem implorat ut flammam refrigeret, *ibid.* 380, *v.* 27, etc. Carnem pœnitentia domat, *ibid.* *v.* 31. A carne petit quid velit, *ibid.* 417, *v.* 76, etc. Non dabit illi vitæ ludibria, sed quæ ad vitam servandam necessaria, *ibid.* *v.* 80. Queritur carni se alligatum esse, et vitæ miseræ astrictum, cum pars Dei sit, *ibid.* 321, *v.* 13. Pharmaca ejus ut carnem subigat, *ibid.* 371, *v.* 121, 122. Gregorius plorat super animam suam, *ibid.* 366, *v.* 1 *et seqq.*; 388, *v.* 1 *et seqq.* Divinam imaginem extinctam luget, *ibid.* 366, *v.* 8. Gregorius queritur se mandata Dei non observasse, quod de peccato primi hominis est intelligendum, *ibid.* 367, 368, *v.* 35 *et seqq.* Quo fugiat nescit ut vitium fugiat, *ibid.* 389, *v.* 25, 26. Linguam, oculos, et alia membra frenari sibi optat, *ibid.* 390, *v.* 45, etc. Deum orat pro anima et corpore, ut alterum alteri subjiciatur, scilicet de meliori, *ibid.* 370, *v.* 111, etc. Aliis relinquit mundi ludicra, *ibid.* 371, *v.* 129, etc. Mortuus vitæ, urbes fugit et homines; cum feris habitat, *ibid.* *v.* 139. Gregorius est sine calceis et sine foco, *ibid.* *v.* 143. Gregorius pro lecto habet paleam, pro stragula saccum, *ibid.* *v.* 145 *et seqq.* Senectus Gregorii morbis opitulatur, *ibid.* 372, *v.* 162. Gregorium multi turbines invitum exagitant, *ibid.* *v.* 163. Caro tamen usque rebellis est, *ibid.* *v.* 165.

Gregorii humilitas, III, 121, 129. Gregorius assimilat se peregrino Jerechuntino, IV, 175, *v.* 386. item et publicano, *ibid.* *v.* 393. Vitæ reliquias offert, *ibid.* 318, *v.* 85. Optat esse quartus publicanus, *ibid.* *v.* 91, 92, etc. quartus paralyticus, *ibid.* *v.* 94, 95. quartus ex mortuis ad vitam revocatus, *ibid.* *v.* 96, etc. Mortem optat, *ibid.* 334, *v.* 5. Absentium cupit gustum habere, *ibid.* *v.* 9. Columba vel hirundo esse cupit, ut fugiat in desertum, *ibid.* 335, *v.* 1 *et seqq.* Magnus est speculator, *ibid.* *v.* 15.

Gregorius linguam constringit, cur? IV, 337, *v.* 1 *et seqq.*; 410, *carmen*



LXXXIII, *v.* 1. Primum quiete mentem firmare studuit, solus ab hominibus remotus, *ibid.* 338, *v.* 7, etc. Deinde ut disceret sermonibus modum imponere, ab omnibus abstinendo, *ibid. v.* 9, etc. Quæ non canat, quæ vero canat Gregorius sacerdos, modulante lingua, instar citharæ, *ibid.* 342, *v.* 69, etc. Linguam puris puram sacrificiis servat, *ibid.* 343, *v.* 93, etc. Præcipitis sermonis impetum excessisse modum conspiciens, silentium sibi imperavit toto quadragesimæ tempore, *ibid.* 344, *v.* 123, etc. Alia silentii Gregorii causa, *ibid.* 345, *v.* 151. Inter sodales excelluerat Gregorius, Christum habens ducem, et fidem adamante firmiorem, armis undique septus, *ibid. v.* 153, etc. Sacris litteris studuit, *ibid.* 346, *v.* 158. Hinc profanorum librorum expuit salsuginem, *ibid. v.* 159, 160. Carmen et passiones Deo subdidit, *ibid. v.* 161. Senectute et morbis gravatus linguam habens indomitam, silentio eam domare voluit, *ibid. v.* 175. Neminem læsit, *ibid.* 347, *v.* 179. Ipsi lingua nocuit, et amicorum omnium conflavit invidiam, *ibid. v.* 187. Linguam ad silentium hortatur, *ibid. v.* 190, 191. Christum rogat, ut invidiam comprimat, et ipsum a malis linguis liberet, 895, *v.* 205, etc. Deum thesaurum habet, *ibid.* 348, *v.* 5. Spe lenit molestias, *ibid. v.* 6, etc. Ligavit omnino vocem, *ibid.* 349, *v.* 5. Intus loquitur, mentem Dei mysteriis informans, *ibid.* 350, *v.* 7, etc. Altum tenet silentium, lapides contemnens, *ibid. v.* 11, 12. Post silentium linguam solvit Gregorius in Paschate, hymnum Christo offerens, tanquam victimam sanctam, *ibid. v.* 1; 352, *v.* 49. Gregorius Christo vivit, loquitur, viva est victima : ipsi linguam devinxit ac solvit, has sibi primitias, suam carnem offert, *ibid.* 351, *v.* 29 *et seqq.* Rogat ut loquatur quæ decent, *ibid. v.* 33.

Gregorius Christum omnibus præfert facultatibus, IV, 357, *v.* 30, etc. Illi Christus magnæ opes, *ibid.* 410, *carmen* LXXXII, *v.* 5. Tanquam dives exagitatur, quia habebat hortum, *ibid.* 363, *v.* 1 *et seqq.* Quæ ejus in solitudine studia, *ibid.* 364, *v.* 5. Bonos monachos laudat, et malos insectatur, *ibid.* 367, *v.* 7. Deum solum dimissis vitæ commodis amplexatur, *ibid.* 316, *v.* 40, 41. Fit Christi hæreditas, et templum, et victima, deinde Deus, permixta divinitati anima, *ibid.* 391, *v.* 16. Crucem ubique gestat Gregorius, in membris, in corde, in itinere, *ibid.* 392, *v.* 11, 12. Mundo valedicit, et cœlum appetit, *ibid. v.* 20, etc. Animam suam Christo tradidit, *ibid.* 394, *v.* 3, 4. De se loquentes minime curat, *ibid.* 405, *v.* 28. Animam suam exhortatur, ut meditetur quæ ad se, ad Deum, ad mundi ordinem, ad finem ultimum spectant, *ibid.* 408, *v.* 1 *et seqq.* Hanc excitat ut fraudes diaboli caveat, *ibid.* 409, *v.* 1, etc. Hanc jubet sursum aspicere, et mundi oblivionem capere, ne carne ad vitium trahatur, *ibid.* 409, 410, 411. Hanc carni adhærere prohibet, *ibid.* 412, *carmen* LXXXV, *v.* 1, etc. Gregorii sors Deus, *ibid.* 414, *v.* 9. Ab anima petit quid postulet, *ibid.* 414, 415, *v.* 1 *et seqq.* Non vult illi dare vitæ commoda, *ibid. v.* 7, etc. sed ut agilem avem ad æthera deducere, *ibid.* 416, *v.* 65, etc. Solas divitias habet spem cœlestem, *ibid.* 425, *v.* 4. Gregorius in cœlum recipi ab Angelis postulat, *ibid.* 425, *carmen* XCIX, *v.* 1, 2, 3. Studio ferendæ crucis omnia sua pauperibus dedit, *ibid.* 440, *v.* 19, 20.

Gregorius jam senex semper vigilat, et lacerat corpus, ut animam ab igne eripiat, IV, 566, *carmen* X, *v.* 1, etc. Timet ignem et ardorem divitis, et sinum Abrahami cupit, *ibid.* 421, *v.* 35, etc. Unum timet tribunal Dei, *ibid.* 462, 463, *v.* 28. Christo soli confidit, *ibid.* 183, *v.* 596; 184, *v.* 622, etc. Vitæ finem ardenter expetit, *ibid.* 50, *v.* 120, etc. Christum et crucem amplectitur, *ibid.* 52, *v.* 160, etc. Gregorius quomodo Pascha celebret, III, 171. Purioris Paschæ desiderio tenetur, *ibid.* 173. Adductis in viciniam fœminis, relicto laborum fructu, abscedit quasi per Evam e paradiso expulsus, *ibid.* 278. Gregorius impositione manuum morbos sanabat, IV, 387, *v.* 103, etc. Sæpe solo Christi nomine fugabat dæmones, *ibid.* 487, *v.* 80, etc.

Gregorii orationes. Orat Christum ut eum ab insidiis mundi et diaboli liberet, III, 161, *v.* 27; 319, 320, 395, 396, 397. ut ipsum salvet, *ibid.* 398, *v.* 1, etc. ut adversus inimicos opem ferat,

ibid. 181, *v.* 547, etc. ut suas querimonias benigne perferat, *ibid.* 315, *v.* 1, etc. A Pharaone et Ægypto liberari postulat, et viam facilem parari ut ad terram sacram perveniat, *ibid.* 320, *v.* 1. Quid orat mane, vespere, et postridie, *ibid.* 322, 323. Christi opem rursus implorat, *ibid.* 324, 336, 337. Orat pro se et pro Ecclesia Constantinopolitana, *ibid.* 401, *v.* 69, etc. Postulat resuscitari ut Lazarus, servari a leonibus ut Daniel, *ibid.* 402, *v.* 77, etc. A tempestate liberari precatur, *ibid.* 403, *v.* 1 *et seqq.* Dei misericordiam implorat, et vitæ bonas reliquias sibi concedi postulat, *ibid.* 405, *v.* 5, 6. Orat Trinitatem ut a diabolo non retro abducatur, *ibid.* 377, *v.* 313, etc. Orat Deum ut senium servet et solutum molestis sollicitudinibus in regnum cœleste inducat, *ibid.* 378, *v.* 343, etc.

Gregorii dotes. Gregorius tres habet boni consiliarii dotes; experientiam, amorem et libertatem, IV, 9, *v.* 157, etc. Scribere Gregorio dederat natura, ut aquæ dedit fluere, et igni calefacere, *ibid.* 359, *v.* 55, etc. Non ad gratiam auditorum concionatur, *ibid.* 312, *v.* 75, etc. Utrinque acuto sermone a Verbo donatur, *ibid.* 423, *v.* 4. Rerum divinarum et humanarum gnarus a Deo effectus, loquitur quæ sacerdotem decent, præconem veritatis, *ibid.* 485, *v.* 18, etc. Gloriæ amans quæ ex eloquentia surgit, eam tamen ad pedes Christi prostravit, *ibid.* 486, *v.* 43, etc. Ineptos sui temporis scriptores exagitat, *ibid.* 352, *v.* 1 *et seqq.* Hujus est consilium ut abjecto quolibet sermone, afflatis a Spiritu sancto Scripturis incumbant, *ibid.* 353, *v.* 22, etc. Primum ut intemperantiam frenet, pauca exarans, *ibid.* 353, 354, *v.* 33, etc. Deinde ut juvenibus gratum præbeat pharmacum, *ibid.* 354, *v.* 37, etc. Tertio ut infideles æmuletur, *ibid.* *v.* 47, etc. Ejus carmina alia ex sacris, alia ex profanis, bonorum laus, malorum reprehensio, *ibid.* *v.* 63, etc. Suam in condendis versibus curam contra adversarios vindicat, *ibid.* 355, *v.* 69, etc. Gregorius non lingua Romanus erat, nec callebat doctrinam Italicam, III, 231.

Gregorius morbo vexatur, III, 131. Ab infirmitate paululum recreatur, *ibid.* 132. Rursus ægrotat, *ibid.* 161, 163; IV, 304, *v.* 15; 317, *v.* 63, 64; 424, *v.* 8.

Gregorius morbo ab episcopatu eum liberante gaudet, III, 135. Sibi ægroto curam et officium deberi asserit, *ibid.* 174. Aerem turbulentum propter infirmitatem timet, *ibid.* 175. Xanxaridis thermis uti cogitur, *ibid.* 177. Sed inutiliter, *ibid.* 178. Ita prava utitur valetudine, ut de ipsa vita malam spem habeat, morbo tanquam catenis vinctus, *ibid.* 180, 181. Quotidie fere extremos afflat spiritus, *ibid.* 183. Hoc illi gravius fit, quod cum æger sit, ægrotare non credatur, *ibid.* 183. Morbus illum progredi non sinit, *ibid.* 195. Morbus vinci nequit, *ibid.* 198. Gregorii morbo partem aliquam suscepti Dei causa labores contulerant, *ibid.* Illum morbus constrictum tenet, et ab Ecclesiæ gubernaculis celerius abducit, *ibid.* 209. Effœtum habet Gregorius et emortuum corpus, *ibid.* 243. Infirmitas eum pigriorem efficit, *ibid.* 244. Valde laborans Nectarii successoris sui preces expostulat, *ibid.* 250. Ut solem nubes obscurat, ita Gregorium morbus, atque invidum hoc corpusculum et ergastulum, *ibid.* 262. Dolet de prava et maligna caruncula, qua multis malis afficitur, *ibid.* 268. Sanctorum martyrum celebritati ob morbum interesse nequit, *ibid.* 264. Hinc migrare cupit, *ibid.* Infirmitate detinetur, *ibid.* 269, 281, 284, 306, 307. Illum morbus velut pedibus devinctum tenet, atque ad multa torpidum, aut etiam plane immobilem reddit, *ibid.* 286. Optaret bene valere, ut synodo cum Homophronio interesset, *ibid.* 300. Parumper e morbo reficitur, *ibid.* 308. Illi tanta vitæ inest scintilla, quanta ad respirationem solam sufficiat, *ibid.* 321. Senectute, et morbo, et vitæ actæ ac discessus e vita metu ac sollicitudine laborat Gregorius, *ibid.* 322. Morbum insanabilem a diabolo factum agnoscit, IV, 410, *v.* 17, etc. Testamentum scribit Flavio Eucherio et Flavio Evagrio consulibus, III, 330.

Gregorius vivus anima, carne mortuus, IV, 382, *carmen* XLVIII, *v.* 1, 2, 3. Queritur se in cœlum properantem corpore retineri, nec ullum patere exitum, *ibid.* 383, *carmen* XLIX, *v.* 1 *et seqq.* Rogat in cœlestem chorum as-

cribi, *ibid.* *v.* 7, 8. Diabolum objurgat, qui eum morbo dejicere tentabat, *ibid.* *carmen* L, *v.* 1, etc. Luget senectutis ponderi morbum adjunctum, *ibid.* 384, *v.* 13. Gregorius gemit, ut leo implicatus venatorum laqueis, *ibid.* 385, *v.* 17, etc. Luget se a Christo derelictum, *ibid.* 384, *v.* 25, etc. Dolet se morbo impediri quominus vigiliis nocturnis, Psalmorum cantibus alternis intersit, et sacris operetur, ac missæ sacrificium celebret, magnis Christi admixtus passionibus, *ibid.* 385, *v.* 41. Libros relictos et interruptos sermones queritur, *ibid.* *v.* 53. Diabolo cedere nescius, *ibid.* *v.* 57, etc. Alter Job, alter Lazarus, *ibid.* 315, *v.* 31; 385, *v.* 63. Alter paralyticus, *ibid.* 386, *v.* 71, 72. Miracula Christi in se innovari postulat, *ibid.* 182, *v.* 581; 386, *v.* 73. Non tam morbi doloribus angitur, quam quod timeat, ne qui parum in fide stabiles sunt, causam offensionis hinc trahant, *ibid.* 386, *v.* 85. Se in omnibus Christo subjicit, *ibid.* 388, *v.* 117, 118.

Gregorii ad Christum in morbo orationes, IV, 319, *v.* 1 *et seqq.*; 404, *v.* 1 *et seqq.*; 420, *v.* 1 *et seqq.* Optat rursus stare, ut salutis fiat iterum præco, IV, 319, *v.* 4, 5. Quæ illi ad patientiam in morbo servandam argumenta, *ibid.* 325, *v.* 1, etc. Auxilium Dei contra diabolum poscit, judicium timens, et tamen mortis dissolutionem cupiens, *ibid.* 403, *carmen* LXX, *v.* 1 *et seqq.* Precatur in exitum vitæ, *ibid.* 404, *carmen* LXXII, *v.* 1, etc. Dei misericordiam implorat, et vitæ bonas sibi reliquias concedi postulat, *ibid.* 405, *carmen* LXXIII, *v.* 5, 6. Dei justitiam reformidat, *ibid.* *v.* 7, 8. Stans inter peccatum et pœnam mori desiderat, antequam fiat pejor, *ibid.* 407, *carmen* LXXVI, *v.* 1, etc. Præsentem fastidit vitam, et æternam optat habere, *ibid.* *carmen* LXXVII, *v.* 1 *et seqq.*; 424, *carmen* XCIV, *v.* 5, 6. Per morbum et dolores gratum est illi Christum obtinere, *ibid.* 412, *carmen* LXXXIV, *v.* 6, 7. In diem moritur, *ibid.* 421, *v.* 22.

Gregorius cum patre tumulum habere debet, IV, 422, *carmen* XCI, *v.* 1, 2. Nomen et thronum, et tumulum habuit cum patre, *ibid.* 424, *carmen* XCV, *v.* 1, 2. Inter cœlestem choream cœlum habet, *ibid.* 425, *carmen* XCIX, *v.* 1, 2, 3. Gregorii epitaphia, *ibid.* Gregorius matrimonio non junctus cum Theosebia Basilii sorore, *ibid.* 559.

Gregorius Nyssenus virtutum omnium norma et exemplar, I, 291. Theologo in episcopum Sasimorum ordinato Nazianzum venit ut eum consoletur, *ibid.* 290. Serius quam res postularet accessit, ut Theologo visum est, *ibid.* 290.

Gregorius Nyssenus. Hunc non sine piorum offensione rhetoricam profitentem ad lectionem sacrorum librorum revocat Theologus, III, 21. Illum circuitu locorum fatigatum exemplo solis et planetarum consolatur, *ibid.* 121. Gregorium Nyssenum certiorem facit sibi non invito, sed postulanti suffectum fuisse in sedem Nazianzenam Eulalium, *ibid.* 243. Illum laudans, de Theosebiæ sororis morte consolatur, *ibid.* 265.

Gregorius diaconus, sancti Gregorii quondam domesticus et manumissus, pauperum curator ab eodem in testamento instituitur, *ibid.* 330. Imo et unicus hæres, sed ea conditione, ut omnia Ecclesiæ Nazianzenæ restituat, *ibid.* Illi et Eustathio monacho donat Arianzi prædium, *ibid.* 331. et insuper aureos quinquaginta, *ibid.*

Gregorius præses, huic Theologus commendat sororem suam Nicobuli uxorem, et ejus filios, III, 261. Hunc hortatur, ut clarum ac celebrem sibi magistratum per beneficentiam erga se ipsum reddat, *ibid.* 263.

Gregorius alter (quis sit dubitatur), Gregorium juvenem, suum nepotem, sepelit, IV, 559, *carmen* CXXV, *v.* 1, etc.

Gregorius juvenis præcedentis nepos, ab eo sepelitur, IV, 559, *carmen* CXXV, *v.* 1, etc.

Gregorius quidam consilium, ut hominum sermo est, capit adversus Athanasium insurgenti, I, 476. Cum tamen magnam apud eum gratiam et auctoritatem obtineret, *ibid.* Utrum ex iis fuerit qui fabulam de manu Arsenii contexerant res dubia et incerta, *ibid.* 476.

Gregorii Cappadocis, Alexandrinæ sedis invasoris prava indoles, I, 476, 477.

Grex fidei confessionem retinens pas-

toris sui defensio est ac gloriæ corona, I, 82. Item bene ordinatus, II, 365. Grex Catholicorum exiguus a detrahentium lingua defensus, *ibid.* 209.

Grues. Concilia gruum et anserum vocat Gregorius ea, in quibus nihil recte, nihil graviter gerebatur, sed confusis pugnantium inter se hominum clamoribus omnia perstrepebant, IV, 313, 735.

Grus. *Vide* Palamedes.

Gubernari. Tribus his rebus gubernamur, supplicii metu, salutis gloriæque spe, et cultu virtutum, II, 132.

Gubernator vectores multos servat, III, 215. Gubernator peritus tempestates vitat, IV, 133, *v.* 53, 54. Nihil prodest bonum gubernatorem esse, si malis utatur remigibus, III, 303.

Gulæ indulgentes escam vermibus copiosiorem parant, IV, 282, *v.* 580 *et seqq.*

Gustus, ut, et qua de causa purgandus, II, 335.

Gustui non indulgendum, IV, 139, *v.* 70.

Gyges annuli conversione Lydiorum tyrannus efficitur, II, 413.

Gyges Lydius. Ejus opes et annulus, IV, 5, *v.* 31, etc. Annulo verso vel tegebatur, vel monstrabatur, *ibid.* 415, *v.* 7, etc.

Gynæcea omnia simplicitatis alumna, Eunomianorum disputationibus turbata, II, 45.

Gypsum aqua permixtum et lactis colorem mentiens subdolæ fidei confessionis imago, II, 45.

H

Habacuc : Gregorius stylum ejus imitatur, et quasi e specula cum eo diligenter observat, II, 482. Habacuc acriori oratione utitur propter judicum iniquitatem, I, 56. *Vide* Abacuc.

Habitus. Ei qui bono habitu penitus imbutus fuerit, in malum labi difficilius est, quam ab initio bonum fieri, I, 514.

Habitus malus. Progressam improbitatem exscindere quam difficile ! II, 60.

Habitus (vestimentum). Quo habitu simus, philosophico an communi, nihil refert, II, 10.

Habitus est qualitas quædam permanens, IV, 150, *v.* 132. Habitus est alter fictor, quem difficile est eradicare et procul abjicere, *ibid.* 278, *v.* 490, 491. Habitus pravi, accusationes priorum pessimorum vulnerum, *ibid.* 279, *v.* 498 *et seqq.*

Hæredis interfectorum parabola, III, 396, *v.* 42.

Hæreditas Domini terram universam operuit, II, 432. A pravo et agresti apro devastata, *ibid.* Eam tollere Julianus aggreditur, I, 133.

Hæreticorum vani depinguntur conatus, III, 107. Eorum circa Ecclesiam novandi libido, *ibid.* 142. Hæretici pravam suam sententiam simplicioribus animis per versutiores et improbiores infundunt, et de Catholicis falso comminiscuntur, tanquam idem ac illi sentiant et sapiant, *ibid.* 143. Hæretici a littera decipiuntur, et Scripturæ morem ignorant, *ibid.* 150. Hæreticorum fugienda societas, *ibid.* 152. Apud electos suos sententiam suam totam aperiunt, publice vero pias quasdam dictiones confitentur, *ibid.* 155. Hæretici ex novitate sua confutantur, *ibid.* 158. Licentia promulgandi sua dogmata hæreticis concessa, Ecclesiæ doctrinæ condemnatio, *ibid.* 276. Hæreticis aditum aperiunt antistitum simultates, IV, 331, *v.* 155, etc.

Hæreses priorum sæculorum bellum pro bono adversus Creatorem gerebant, II, 12. Earum enumeratio, *ibid.*

Hæretici, sycophantæ, II, 500. Aliis etiam titulis a Gregorio designati, *ibid.* Eorum variæ de Christo sententiæ, *ibid.* 272. Pro uno Christo, multos introducunt, *ibid.* 171. Quid eos induxit ut Christum proprie Deum esse negarent, *ibid.* 122. Christus pro hæreticis gratis

mortuus est, *ibid.* 270, 500. Ob id ab hæreticis contemptus propter quod honorari debuerat, *ibid.* 243. Qualia ab eis patiatur, *ibid.* 271. Hæretici inter se concordes, ac discordes, *ibid.* 138. Instar fluviorum, qui a se divisi rursus coëunt, *ibid.* 139. Quibus in rebus consentiant, aut in quibus contendant, plane intelligi nequit, *ibid.*

Hæreticorum, qui prioribus sæculis Ecclesiam turbaverant, nugæ ac præstigiæ suomet profundo absorptæ ac silentio traditæ, II, 12. Quænam in his profundi ac silentii vocibus allusio, *ibid.* Hæreticorum communio ut viperæ virus fugienda, *ibid.* 199. Non corpus lædit, sed intimos animæ recessus inficit, *ibid.* Ecclesias ab hæreticis occupari, maxima reipublicæ pernicies est, *ibid.* 457. *Vide insuper* ARIANI, EUNOMIANI, SABELLIANI, MACEDONIANI.

HARPOCRAS vocatur Ægyptius deus, IV, 222, *v.* 838.

HEBRÆI litterarum, ut quibusdam videtur, inventores, I, 163. Ut nomen Jehova reverebantur, II, 131. Quidquam Deo inferius, iisdem ac Dei nomen litteris scribi non sustinebant, *ibid.* Juvenes suos a quibusdam Scripturæ libris arcebant, *ibid.* 194. Non cuivis ætati quamlibet partem Scripturæ legere concedebant, I, 48. Idque non lege, sed consuetudine introductum, *ibid.* Ægyptus propter eos cruciatur, mare sciaditur, solis cursus inhibetur, *ibid.* 535. Hebræorum ritus qua ratione a Christianis celebrati, II, 350.

Hebræi in idololatriam prolapsi, monita Prophetarum et minas non curantes, iram Dei concitarunt, III, 370, *v.* 19, etc. Gentibus cesserunt locum, postea ad Deum reversuri, *ibid.* 371, *v.* 26, etc. Hebræi tinctis cruore postibus, mortem effugiunt, *ibid.* 373, *v.* 86, etc. Hebræi ducti in igne et nebula, *ibid.* 106, *v.* 3; 408, *v.* 1; 445, *v.* 164, etc.

Hebræis scriptam Epistolam nonnulli dicunt esse spuriam, nec recte dicunt, IV, 433, *v.* 208, 209.

HECATÆ caliginosa spectra, II, 279.

Hecatæ nocturnæ perniciosa spectra, IV, 496, *v.* 265.

HECUBAM interne refert mulier fucata, IV, 113, *v.* 42.

HELENAM externe refert mulier fucata, IV, 113, *v.* 42. Helenæ dat Polydamna remedium quod est eloquentia, *ibid.* 474, *v.* 200, 201, 202.

HELI sacerdos, quibus verbis utatur filios suos increpans, I, 205. Heli sceleris filiorum suorum pœnas solvit, *ibid.* 454.

Heli, sacerdos, quia filios haud acriter et vehementer objurgabat, vehementer ipse accusatus est, et sceleris filiorum pius pater pœnas luit, III, 282. Heli filii patris contemnunt mandatum, *ibid.* 454, *v.* 406, 407. Heli filii protervi, IV, 177, *v.* 431. *Vide* ELI.

HELI, Josephi pater secundum legem, III, 384, *v.* 29, etc.

HELICON, quid? IV, 573, *v.* 3, 4.

HELIODORUS presbyter, sub Valentis Ariani persecutione mediis in fluctibus igne consumptus, II, 14. *Subauditur nomen ejus.*

Heliodorum laudans Hellenio commendat Gregorius, IV, 433, *v.* 203, 204.

HELIOPOLITARUM in Christianos concursio, sub Juliano imperatore, I, 147.

HELLADIUS Cæsariensis episcopus. Huic Gregorius Nicobulum commendat, III, 179, 226, 227. Missis ab eo festi symbolis delectatur, *ibid.* 230. Ejus incusat contentioso quærere ambitu quæ ejus sunt, *ibid.* 245. Helladio scribens, sacerdotis causam tuetur, *ibid.* 298, 299, 300.

Helladius Eulalii frater, et Gregorii consobrinus. Hunc Amphilochio quondam Constantinopolis præfecto commendat Gregorius, III, 25. Eumdem commendat Lolliano, *ibid.* 26. et Hellenio, IV, 431, *v.* 129 *et seqq.* Juvenis moritur, et a fratre sepelitur, *ibid.* 527.

HELLENIUS monachus expetit Gregorii sermonum robur, IV, 426, *v.* 1 *et seqq.* Ejus genus, opes, facundiam, et fratris decus non laudat Gregorius, *ibid.* *v.* 7. Sed illum divinis præceptis meliorem reddere studet, *ibid.* *v.* 13, 14. Illum pro monachis apprecatur, *ibid.* *v.* 15, 16. Huic inter alios Cledonium commendat, *ibid.* 430, *v.* 121, etc. et Eulalium cum Helladio fratre, *ibid.* *v.* 129. et Carterium, *ibid.* 431, *v.* 141, 142. et Nicomedem, qui omnes filios suos Deo dicavit, *ibid.* *v.* 143. et Theognium jam cœlestia attingentem, *ibid.* 432, *v.* 171. Evandrum non tam se-

nectute quam prudentia canum, *ibid.* 433, *v.* 191, 192. Asterium et ejus duos fratres, *ibid.* *v.* 193. Philadelphium et Macrobium, *ibid.* *v.* 197. Rheginum Leontium, Heliodorum, pios homines, *ibid.* *v.* 203. Hunc orat Basilii nomine, et senioris patris, ut in vectigalibus, monachis faveat, *ibid.* 436, *v.* 295, etc. Illum vocat Armeniæ decus, *ibid.* 439, *v.* 359.

Helluones, quorum Deus venter est, iv, 503, *v.* 115.

Hemorrhoissæ tangentis Christum sanguinis profluvium sistit, iii, 387, *v.* 9. Christus hemorrhoïssæ sanguineum fontem coërcuit, *ibid.* 389, *v.* 6, 7; 390, *v.* 9. Amor Christi omnes affectus mortales sapit, ut olim sanguinis fluxum hemorrhoïssæ cohibuit, *ibid.* 458, *v.* 509, 510; iv, 182, *v.* 584; 386, *v.* 73, 74.

Heraclidæ, Herculis posteri, ii, 396. Nihil essent in comparatione majorum Basilii Magni, *ibid.* 397.

Heraclitus, ob humanas miserias flere solitus, i, 137.

Heraclitus semper legens res humanas, iv, 48, *v.* 79, 80.

Hercules Buthænas dictus, id est, boum vorator, i, 175. Trivesperus, *ibid.* Herculis rogus unde excitatus, *ibid.* 134. Ejusdem ortus et infortunia, *ibid.* turpia certamina, *ibid.* 175. Herculeæ columnæ. *Vide* Columna, Hydra.

Hercules, cum Nessi sanguine tinctam vestem induisset, totus statim exarsit, misereque interiit, iv, 49, 704.

Hercules, extincto Juliano Apostata, rursus furit, vel furere desiit, i, 203. Hercules veste venenosa domitus, iv, 49, *v.* 87, 88. Magnus inter homines, iii, 214. Lolaüm socium habet certaminum, Hydram debellat, *ibid.* Hercules cesset a fabulis, iv, 497, *v.* 236; 539, *v.* 1.

Herculiano scribit Gregorius, iii, 136, 137.

Hermaphroditus deus a Valentino et Marcione inductus, ii, 144.

Hermanubis, Ægyptius deus, iv, 222, *v.* 839.

Hermes cum duplici vultu pictus, iv, 490, *v.* 136.

Hero. Heronis nomine inscripta oratio, qua Gregorius Maximum laudat, ii, 4. *Vide* Maximus Cynicus.

Heronis scripta, i, 253.

Herodes persecutor, i, 133. Furit, et in odium Redemptoris, eos qui redimendi erant e medio tollit, *ibid.* 447. Infantes occidit, ii, 350. Herodis furor in Joannem, *ibid.* 464. Si ad Herodem adductus fuerit Christi discipulus, plerumque ne verbum quidem unum respondeat, quare, *ibid.* 274.

Herodes Joannis Baptistæ interfector, iii, 427, *v.* 452.

Herodes infantum occisor, iii, 427, *v.* 454.

Herodiani de censu Christum interrogant, ii, 245.

Herodias. Herodiadis saltatio inhonesta non imitanda, i, 207. Baptistæ necem attulit, *ibid.*

Herodotus memorabile quiddam de Samiorum tyrannide scripsit, i, 191. Herodoti linguam exoptat Gregorius, ut improbitatem Juliani futuro tempori tradat, 153.

Heroes Paganorum. Quod in ipsis maxime speciosum est, fide caret; quod autem creditur, probrum et contumelia est, ii, 396, 397. Heroes ac dæmones calamitatibus tantum et fabulis celebritatem consecuti, *ibid.* 6. Heroes a Centauro educati, *ibid.* 404. Heroes in Basilii Magni genere multi, *ibid.* 396.

Hesiodi Theogonia, et alia commenta, i, 169.

Hesiodus Ascræus Persi fratri canit, iv, 495, *v.* 241, 242. Hesiodus citatur, iii, 22, 262. Citatur sub nomine Homeri, iv, 17, 18, *v.* 396.

Hesiodus libellum, cui titulus, *Opera et Dies*, ad Persem fratrem scripsit, iv, 748.

Hesiodus in poëmate, *Opera et Dies*, optimos eos esse censet, qui per se ipsos quid facto opus sit perspiciunt; bonos item eos qui recte monentibus obtemperant; qui autem nec sibi ipsis consulere scirent, nec recte consulentes audiunt, eos esse prorsus inutiles, iii, 496.

Hesperus et Lucifer una eademque stella est: quæ si mane luceat, appellatur Lucifer; si sero, Vesperus dicitur; quoniam autem clarissima est hæc stella, idcirco duplici ejus nomine pulchritu-

dinem sororis suæ amat Gregorius, IV, 744.

HEXAEMERON Basilii Magni creationis rationes aperit, II, 455.

HILARIUS, episcopus Isauriæ, testamento Gregorii subscribit, III, 431.

HINNULUS recens natus canes et equos fugit, IV, 46, *v.* 11, 12.

HIPPOCRATIS et Galeni, et eorum qui ipsis adversantur dogmata non amplius pertractare, nulla Cæsario medico vita functo calamitas est, quare, I, 253.

HIRCUS, Ægyptiorum deus. *Vide* MENDESIUM. Hircus Mendesius, II, 279.

HIRCOS mulgere, proverbium, IV, 133, *v.* 45, 46.

HIRUNDINUM, et cygnorum fabula proponitur, III, 167.

HISTIÆI Samii a Persis defectio et Herodoti ea de re sententia, I, 191.

HISTORIA conferta quædam sapientia, et mens multiplex, IV, 459, *v.* 61, 62.

Historiæ sacræ non temere, aut ad oblectationem solam, fabularum gentilium instar, conscriptæ, I, 77. sed ut in eis submonitiones et documenta habeamus, *ibid.*

HOLOCAUSTUM. Simus holocausta ratione prædita, II, 337.

HOMERUS, divinarum comœdiarum et tragœdiarum scriptor, I, 170. Hujusmodi fabularum expositio, *ibid.* Refelluntur qui abstrusiorem et absconditum in eis sensum esse volunt, *ibid.* 172. Homerus voces quasdam vocibus nostris præstantiores diis attribuit, *ibid.* 163. Cum arcadicam quæstionem solvere non posset, præ mœrore obiit, *ibid.* 137. Homerus corona lanea per Platonem cinctus, atque dimissus, II, 9.

HOMERUS poëta, IV, 5, *v.* 42. Breviloquus, III, 76. Trojam et prælia canit, IV, 595, *v.* 42. Homeri adducitur auctoritas, III, 9, 10, 105, 106, 214, 225, 254, 255, 256. Homero male tribuit Gregorius Hesiodi verbum, IV, 17, 18, *v.* 396 *et seqq.*

HOMO, animal ex invisibili et visibili natura, mente ac sensu, fabricatum, II, 267. Contrariorum mixtio, et sapientiæ sublimioris argumentum, *ibid.* Priusquam crearetur, omnes summæ bonitatis divitiæ nondum apparuerant, *ibid.* Homo, velut angelus alter, superis subditus, rex eorum quæ in terra sunt, *ibid.* Quo Dei consilio mentem et corpus, atque arbitrii libertatem acceperit, *ibid.* 268. Homo, animal ex invisibili ac visibili natura, verbo artifice, fabricatum : ex corpore et ex Dei spiraculo, quod intellectualem animam Deique imaginem Scriptura vocat, *ibid.* 267. Homo mundus alter, in parvo magnus; mixtus adorator, *ibid.* Aliæ hominis egregiæ dotes, et excellentiæ ejus insignia, *ibid.*

Homo, animal caducum et immortale, Deum attingens nec comprehendens, appropinquans et procul recedens, I, 64. Mixtus adorator, visibilis naturæ spectator, intellectualis mystes, II, 267. Parvus mundus, qui variis affectibus tanquam legibus gubernatur, II, 79. Parvus et magnus, humilis et excelsus, mortalis et immortalis, terrenus et cœlestis, I, 256. Id est, lumen dictus, quod ratione præditus sit, II, 300. Hominis mirabilia, *ibid.* 190. Hæc etsi quis cognovit, adhuc timeat religionis mysteria investigare, *ibid.* 191.

Homo creatur, divina manu et imagine ornatus, ut non superi tantum, sed etiam inferi adoratores essent, II, 285. *Vide* CREATIO, HOMO FABRICATUS, *ibid.* 267. Ut verbum artifex omnes bonitatis divitias ostenderet, *ibid.* Rerum omnium, quæ in terra sunt, dominus et rex a Deo constitutus, I, 328. Hominem post alia omnia creatum esse mirum videri non debet, II, 473. Prius tanquam regi construendum palatium erat, *ibid.* Homines sublimes et excelsi creati, quare, I, 441.

Primus homo in paradiso collocatus, plantarum immortalium cultor, II, 268. Hoc est fortasse, divinarum cogitationum, *ibid.* Hominem primum qualem creari decebat, *ibid.* Vitii et infirmitatis expertem esse conveniebat, *ibid.* Homo, si quod erat permansisset, effectus fuisset quod non erat; immortalis ac Deo adjunctus fuisset, *ibid.* 474. Invidia diaboli a conditore suo misere separatus, *ibid.* 285. Lex quasi materia, ejus libero arbitrio tradita, quid præscriberet, *ibid.* 268. Ut primus homo ejus memoriam abjecit et ab esca victus est, *ibid.* Quas hujus peccati pœnas dedit, in misericordiam cesserunt, *ibid.*

Homines liberi sunt; ex eadem terræ massa coagmentati, et ejusdem vitæ hæredes, II, 448. Quod alii imperio teneantur, dum alii imperant, grave jugum et primi peccati pœna est; cui nihil acerbitatis a rerum administratoribus addendum, *ibid.* Homo in labore et ærumna nascitur, vivit et moritur, *ibid.* 449. Homo nautilus terrestris dictus, quare, II, 84. Labori natus, *ibid.* 28. Pauci sunt homines Dei, quamvis omnes Dei figmentum, I, 467. Novarum rerum studio quodammodo delectantur, II, 446. Homines quibusdam dæmonibus necare, apud Ethnicos in more positum, I, 334. Quænam ab omnibus hominibus vehementer expetantur, *ibid.* 478. Hominis modum excedit omni vitio carere, *ibid.* 375. Homini magnum est, si minus ut nihil peccet; saltem cum peccat, emendari atque ad viam reduci, *ibid.* 24.

Hominis instauratio. Quemadmodum nos primum creavit Deus, ita creatos instauravit, ac refinxit, II, 301. et quidem figmento diviniori, primumque figmentum superanti, *ibid.* Hominis reformationem quo pacto fieri oportuit, *ibid.* 487. Homo Deus esse jubetur, *ibid.* 487. Hominem Deum fieri oportet, qua ratione, I, 258. Quatenus id assequatur, II, 264. Quo sensu speculum Dei fiat, I, 453. Nihil tam divinum habet quam benignitatem ac beneficentiam, *ibid.* 391. Homo apud te jumento vilior non est, o homo, quod cum in foveam incidit aut aberravit, erigere ac reducere tibi lex præscribit, *ibid.* 333, 334. Homo calamitosis sit Deus, Dei misericordiam imitando, *ibid.* 331. Hominem cum Christo sepeliri oportet; filium Dei esse, atque adeo Deum ipsum, *ibid.* 226. Cur filius Dei homo vocatus, II, 135.

Homo, quis? IV, 52, *v.* 1 *et seqq.*; Homo est figmentum et imago Dei, *ibid.* 146, *v.* 20. Ejus creatio, III, 366, *v.* 55; IV, 8, *v.* 108, etc. Ejus creationis egregia descriptio, III, 412, *v.* 79, 80. Qualis creatus est in principio, *ibid.* 368, *v.* 97, etc. Ex terra et spiritu factus, *ibid.* 349, *v.* 32; 413, *v.* 96; IV, 51, *v.* 149; 467, *v.* 43, 44. Homo magnus mundus, IV, 8, *v.* 115. Quæ homini cum brutis communia, IV, 406, *carmen* LXXIV, *v.* 5, etc. Dei immortalis est imago, III, 413, *v.* 96, 97; IV, 486, *v.* 52. Magnum Dei figmentum, et imago a Deo ad Deum perveniens, IV, 367, *v.* 9, etc. Est gloria Christi et præco divini splendoris, *ibid.* 351, *v.* 25, 26. Hunc Deus creavit suæ divinitatis testem, regem terræ, gloriam sui Creatoris, *ibid.* 494, *v.* 216, etc. Homo post Deum et Angelos tertium locum occupat, III, 362, *v.* 57. Angelus est alter, *ibid.* 413, *v.* 90. Beneficia homini a Deo collata, IV, 43, *v.* 87, 88; 373, *v.* 187, etc. Quis fuit, quis est, quis futurus est, IV, 40, 41, *v.* 17 *et seqq.* Qua ratione templum Dei efficitur, III, 491, *v.* 136, etc. Corpus est, cum male vivit, deus adoptivus, cum pietatem colit, IV, 467, *v.* 45. Homines omnes unius progenies sunt, et ad unum omnes tendunt, III, 455, 456, *v.* 450 *et seqq.* Hominem Deus boni capacem efficit et vires suppeditat; ipse velut cursor in medio currit Christum habens pro afflatu, pro amplissimis divitiis, *ibid.* 489, 490, *v.* 98, etc. Perspicaces oculos et prosperos cursus præstat Deus, sine quo nihil sunt homines nisi ludibria vana, et vera cadavera, *ibid.* 490. *v.* 102. In vitium facile flectitur, *ibid.* 362, *v.* 57. Cur homo vitam præsentem et futuram diligat, *ibid.* 367, *v.* 76, 77.

Homines nullis cogitationibus aut pœnis a peccato deterrentur, III, 414, *v.* 131, etc. Hominum pervicacia, qui nec ratione nascentibus indita, nec lege scripta in tabulis, nec demum Christi passionibus moventur, IV, 372, *v.* 173, etc. Varia in res turpes et inanes hominum studia, *ibid.* 463, *v.* 157 *et seqq.*

Hominum miseria depingitur, IV, 47, *v.* 41; 50, *v.* 120; 442, *v.* 24. Hominum vita pecudum ac belluarum vita miserior, *ibid.* 45, 46, *v.* 1, etc. Nil homini firmum præter calamitates, *ibid.* 42, *v.* 44; 458, *v.* 51. Hominis duplex sepulcrum, *ibid.* 42, *v.* 37.

Hominem iracundiæ ardore deflagrantem dæmoni comparat Gregorius; imo etiam, excepto lapsu, pejorem eo esse asserit, IV, 78, 704.

Homines etiam Dei accepti diversa utuntur navigatione, *ibid.* 321, *v.* 1, 2. Qua de causa, solus scit Deus, *ibid.* *v.*

3, etc. Omnibus hominibus una caligo, una domus; hoc uno præstant superbi, quod insigniorem luctum et sepulcrum consequantur, *ibid.* 336, *v.* 38, etc.

Homo internus et externus, III, 51, 52. carnalis et spiritalis, IV, 154, *v.* 242, 243. Homo e sepulcro ad sepulcrum tendit, *ibid.* 51, *v.* 133, 134. Homo Dei ludus, *ibid. v.* 141, 142. Hominibus omnia labor, *ibid. v.* 53, *v.* 22. Homine nil imbecillius, *ibid.* 54, *v.* 32. Homo terra est, et illi omnis terra sepulcrum, *ibid.* 133, *v.* 43, 44.

Homo Dominicus. Hominem Dominicum Apollinaristæ Christum appellabant, III, 144.

Homonymia inter Deum Patrem et Filium, ab Eunomianis per fraudem introducta, II, 105, 106. Eunomiani ab uno homonymiæ genere ad aliud, ratiocinando transire convicti, *ibid.* 106.

Homophronium vitæ anachoreticæ deditum, fieri ut Joannem Baptistam et Heliam Carmeli incolam, optat Gregorius, III, 134. Homophronius ad synodum vocat Gregorium, *ibid.* 300. Illum laudans Gregorius precatur ut sacerdoti suadeat ne despondeat animum, *ibid.*

Honestum. Si honestum alterius causa sectemur, virtus instabilis est, II, 236.

Honor. Qui latebras quærunt ut præstantiori honore digni habeantur, cum iis comparati qui eximias formas paululum ostensas statim ex oculis subducunt, II, 231.

Hordeaceus panis hospes intelligitur, IV, 697. *Vide* Diogenes.

Horrea divitum, Basilii Magni cohortationibus aperta, II, 427.

Horrendorum quæ peccatores manent enumeratio, I, 376, 377.

Hospes. Hospites apud Scythas occisi, II, 279.

Hospitalis domus, a Basilio Magno prope Cæsaream constructæ, luculenta descriptio, II, 451. Nullum ex septem orbis miraculis ei comparandum, *ibid.* 451.

Hospitalitatis cultor, Lot Sodomita, I, 309. Hospitalitas Raab meretrici, alioquin parum laudatæ, justitiæ laudem attulit, II, 314.

Hospitalitatis studiosus est, qui se ipse novit esse hospitem, IV, 151, *v.* 166.

Humanitas a Deo propter nos suscepta, II, 116, 126. Humanitas pulchra res est, ac benevolentia; testis est Jesus qui non solum hominem propter bona opera creavit, sed etiam nostri causa factus est homo, I, 309.

Humani generis lapsus et redemptio in summa declarantur, II, 502, 503. Humanæ res velut orbis quidam volvuntur, I, 386. Mutationi obnoxiæ sunt, *ibid.* 386. Humanæ effectiones, quo sensu Deo tribuantur, II, 155.

Humeri, ut et qua de causa purgandi, II, 335.

Humilis ac Deo submissus facile contemnitur, I, 85.

Humilitas publicanum extulit, nullo alio nomine commendatum, II, 314. Humilitatem gloria comitatur, I, 114. Humilitatem præ se ferre, et in divinis disputationibus tyrannidem sibi vindicare turpissimum est, II, 184. Humilitatis ac modestiæ laus, cui præcipue tribuenda, *ibid.* 183. Humilitatis exempla multa passim extant, ac præ aliis omnium salvator, I, 310, 311. Humilitatis falsæ descriptio, *ibid.* 415.

Humilitas est minus digne de se ipso sentire, IV, 148, *v.* 86. Humilitas iræ remedium, *ibid.* 89, *v.* 427, etc. Humilibus Deus dat gratiam, *ibid.* 435, *v.* 273, 274.

Hur, Moysis manus cum Aarone in monte suffulciens, I, 297.

Hyccar, Siciliæ oppidum, ubi scortum erat, IV, 700. *Vide* Laida.

Hydram nemo unquam lenem et mansuetam dixit, quod novem capita pro uno proferret, I, 154. Hac similitudine refelluntur qui Julianum a persecutionis crimine vindicant, quare, *ibid.*

Hydra bellua sæva et multis capitibus prædita, ab Hercule et Iolao debellata, III, 214.

Hydra Lernea serpens erat, ut poëtæ fingunt, unicum duntaxat corpus habens et quinquaginta capita. Hæc Hercules secare aggressus, huic rei impar fuisset; uno enim occiso, duo statim repullulabant, nisi Iolaüs socius certaminum abscissa capita exussisset, III, 516.

Hydropici tumor minime laudandus, III, 359, *v.* 98.

Hydrops. Hydropis tumorem depellit Christus, III, 390, v. 16.

Hyems invida et inamœna, I, 106.

Hymnus est laus modulata, IV, 150, v. 144. Hymnus ad Deum, III, 398, v. 5 *et seqq.* Alius hymnus ad Deum, *ibid.* 399. Alius hymnus ad Deum, *ibid.* 401. Hymnus vespertinus, *ibid.* 402.

Hymni, pro tympanis in Christianorum festis assumendi, I, 206, 207.

Hypatio se tantillum duntaxat positum dolet Gregorius, III, 136.

Hyperechium victori commendat Gregorius, III, 186.

Hypocrisis, quid? IV, 148, v. 87. Hypocrisis est latens acerbitas, *ibid.* 151, v. 163. Hypocrisis fugienda, *ibid.* 130, v. 39, 40. Hypocrisis malorum pessima, *ibid.* v. 696.

Hypocritæ elegans descriptio, IV, 284, v. 645.

Hypostasis. Catholica vocis illius explicatio, II, 379. Hypostasis, sive persona, *ibid.* 284. Essentia una et tres hypostases pie ab Orientalibus dicebantur, quod primum divinitatis naturam; alterum trium personarum proprietates declararet, I, 494. Hypostasim ab essentia distinguere Latini non poterant, *ibid.* *Vide* Latini. Hypostases tres, sive tres personæ in uno Deo confitendæ; et quidem unaquæque cum sua proprietate, *ibid.* 457.

Hypsistarii, unde sic dicti, I, 400. Variæ de illis opiniones, *ibid.* 402. Hypsistarii, radix minime laudabilis, ex gentili errore et legali vanitate conflata, *ibid.* Idola rejicientes, ignem et lucernas colunt, *ibid.* Sabbatum et quamdam a nonnullis cibis abstinentiam observantes, circumcisionem aspernantur, *ibid.*

I

Icario, illustrissimo viro scripserat Gregorius litteram quæ non extat, III, 183.

Ichneumon, animalculum Ægyptiacum crocodilo inimicissimum, ejusque somnos explorans, IV, 727.

Idololatræ magis contemnendi quam ea quæ ipsi adorabant, II, 71.

Idololatria. Quomodo ad idololatriam diabolus homines convertit, III, 370, *v.* 9, etc. Ipsi Hebræi in idololatriam sunt prolapsi, *ibid.* *v.* 19, etc.

Idololatriæ origo, II, 70. genus multiplex, *ibid.* Idololatriæ consuetudo temporis longinquitate firmata, pro lege habita est, *ibid.* Subsidium ei et patrocinium ex fabulis, *ibid.* 71.

Idolorum cultus, omnium malorum extremum ac primum, II, 269.

Idolis inclinari hominem Dei imaginem nefas est, IV, 486, *v.* 51. Quam vana sint idola, et contemnenda ostendit Gregorius, *ibid.* Idola omnia Christi venerando sanguine periere, *ibid.* 496. *v.* 279, 280. Idolorum templum in ecclesiam transformatum, *ibid.* 574, *v.* 1, etc.

Ignavia nimiæ curiositati præponenda, II, 184.

Ignavia, quid? IV, 148, *v.* 77.

Ignavos homines terrent umbræ rerum, *ibid.* 133, *v.* 60.

Igniculus veritatis post primam Valentis persecutionem superstes, Basilius Magnus, II, 436.

Ignis pro Deo habitus et cultus, II, 70. Utrum Angelos velut ignem materiæ expertem et incorporeum existimare oporteat, *ibid.* 265. *Vide* Angeli. Ignis purgans, ad quem mittendum Christus venit in terram: quæ vis ac virtus ejus, *ibid.* 333. Scelerum ultor, quotuplex, *ibid.* Ignis sodomiticus, quem sulphure et procella permixtum Deus in peccatores omnes fundit, *ibid.* Ignis diabolo et Angelis præparatus, *ibid.* Ignis divinitus immissus Eliæ sacrificium absumit, *ibid.* 349. Ignis sempiternus, *ibid.* 333.

Alius eo mitior, *ibid.* Ignis æterni baptisma, *ibid.* 293. Deum tanquam ignem videt, qui eum ut lucem minime cognovit, I, 467.

Ignis, urendi vim habens et sursum tendens est natura, IV, 146, *v.* 17. Per ignem aliquando res humanæ judicabuntur, III, 135. Ignis imbres, *ibid.* 414, *v.* 132. Ignis solet ad ligna currere, IV, 135, *v.* 104. Ignis vicinus, proximæ domui res est infida, *ibid.* 333, *v.* 205, 206. Ignis prope stipulam non est tutum, *ibid.* 567, *carmen* XII, *v.* 1.

IGNORANTIA plurimum valet ad fiduciam, IV, 249, *v.* 1617. Ignorantia minus malum quam improbitas, *ibid.* 273, *v.* 330, etc.

Ignorantia ad prælatorum purgationem non sufficit, si in hæreticorum fraudem inciderint, I, 484. Vulgo fortasse ignoscendum, si fraudem hæreticorum per errorem admiserit; at doctori quo tandem modo id concedatur? *ibid.* Romanorum legem nemini, quamlibet rustico et indocto, ignorare licebat, *ibid.* Nulla lex extat, quæ criminibus ex juris ignorantia commissis opituletur, *ibid.* Qui Arianæ fraudis auctoribus scienter manus dederunt, minus excusabiles quam qui ex ignorantia iisdem assensum præbuerunt, *ibid.* 485.

ILIADEM, Philagrio postulanti, amisisse fatetur Gregorius, III, 49.

ILLIBERALITAS. Parcimoniam hanc vocat Gregorius, IV, 148, *v.* 90.

ILLUMINATIO, baptismi nomen, quare, II, 298. Varia et multiplex in baptismo, *ibid.* 334.

IMAGO. Dei Filius imago Patris et bonitatis, II, 108. Homo, Dei manu et imagine ornatus, *ibid.* 285. Imago Dei in homine, spiraculum Dei corpori insitum, seu anima rationalis, *ibid.* 267. Imago Dei a nobis accepta nec custodita; quomodo restituta, *ibid.* 270. Imaginis divinæ conservatio, vera nobilitas, I, 263. Imago nulla ex rebus creatis assumpta, Deitatis ac Trinitatis veritatem assequi potest, *ibid.* 521.

Imagines imperatorum adorari solitæ, quo cumulatior ipsis imperatoribus veneratio redderetur, I, 142. Quid imaginibus illis imperatores, pro suo quique affectu, appingi gauderent, *ibid.*

Imago divina quomodo incorrupta maneat, IV, 395, *carmen* LXI, *v.* 1 *et seqq.* Imago Dei est homo, *ibid.* 486, *v.* 52.

IMITATIO. Probis viris non exiguam laudem affert summorum virorum vel parva imitatio, II, 464.

IMMENSITAS Dei, ratione principii et finis consideranda, II, 264.

IMPERATOR subditus suis se Deum præbeat, II, 238. Alia ejus officia, *ibid.* Inter postremos apud Deum censeri satius est et sublimius quam apud terrenum imperatorem primas ferre, I, 243. Imperatores ab Arianis contumeliose spreti, II, 385. Publicis statuis apud Romanos ornati, I, 142. Quænam his imaginibus imperatores appingi gauderent, *ibid.* Imperatore indignum est conatus suos et intentiones arte occultare, *ibid.* 144.

IMPERATORIÆ largitionis dies, tum anniversarius, tum ex tempore, aliqua de causa institutus, I, 144.

IMPERIUM sacerdotale regali præstantius ac perfectius, I, 390. Imperii ecclesiastici quo major dignitas, eo majus periculum est, *ibid.* 28. Imperium Romanorum, ante adventum Christi, in unius principatum non plane devenerat, *ibid.* 117. Cum adventu Christi simul ingressum est : cum Christianorum rebus incrementum simul accepit, *ibid.* Ab extera natione vastatur, ob improbitatem Christianorum et vigentem adversus Trinitatem impietatem, *ibid.* 499. Imperium et philosophiam in unum coire oportere, sententia est pravo consilio a Juliani amicis usurpata, *ibid.* 121.

Imperii optimi lex est metu potius quam suppliciis improbos coërcere, III, 306. Multorum imperium æquale nullius imperio, *ibid.* 348, *v.* 81, etc.

IMPERARE omnes velle, et neminem imperium suscipere par malum est, I, 24. Imperandum subditis tanquam conservis, *ibid.* 380.

IMPIETAS, ad excogitanda mala solers et ingeniosa, atque ad aliquid aggrediendum mire audax, I, 475. Paris impietatis est, vel Sabellii more personas divinas connectere, vel Arii instar naturas distinguere ac separare, II, 163. Multa ferenda priusquam alios impietatis dam-

nemus, *ibid.* 192. Impietatis chirographa ab episcopis exacta post Seleuciense concilium, I, 483.

IMPII sero damnum suum intelligent, II, 343.

Impiorum, inter morbi cruciatus confessiones et inutiles pœnitentiæ, I, 180.

Impii pœnas non sustinent, IV, 105, *v.* 210, etc. Æreum impiorum dorsum, *ibid. v.* 212, etc. Impii, neglectis aliorum virtutibus, vitia sola intuentur, *ibid.* 106, *v.* 219, etc.

IMPOSSIBILE dicitur, quod habita virium, temporis ac personæ ratione, fieri non potest, II, 122. Quod plerumque non sit, *ibid.* Quod justitiæ atque rationi adversatur, *ibid.* Quod nostra voluntas adhorret, *ibid.* 123. Quod cum Dei voluntate fieri possit, natura non potest, *ibid.* Quod nulla omnino ratione fieri potest, *ibid.* 124.

IMPOSTURA dæmonis in quo posita, II, 71. Facile imposturam facit quidquid delectat, I, 181.

IMPRECATIONES, quid? IV, 150, *v.* 139.

IMPROBITAS, flammæ comparata quæ materiam, cujus fœtus est, absumit, I, 513. Considerationis expers, *ibid.* 121. Improbitatem non suspicatur, cujus animus ab improbitate liber ac purus est, *ibid.* 118.

Improbitas facile non flectitur, IV, 221, *v.* 818. Improbitas nunquam quiescit; serpit, licet prohibeatur, *ibid.* 228, *v.* 1028, 1029.

IMPROBUS qui non est, ne improbitatem quidem subodoratur, III, 39. Improbi homines, culpas suas in eos a quibus arguuntur, amant convertere, *ibid.* 248. Improbos metu potius quam suppliciis coërcere, imperii optimi lex est, *ibid.* 306. Contra improbos nullum est remedium, IV, 105, *v.* 203, etc. Improbi sunt ad res honestas ferrei, ad turpissimas cerei, *ibid.* 106, *v.* 222. Improbis laus est a malo desistere, *ibid.* 110, *v.* 330, 331. Improbi amant malorum, quæ ab ipsis fiunt, in eos qui patiuntur causas detorquere, *ibid.* 195, *v.* 46, 47. Improborum vitanda societas, *ibid.* 477, *v.* 267, etc. Nullum vitæ genus ab improborum injuria liberum est, III, 133. Improbi et probi nullum discrimen tempore Gregorii, IV, 297, *v.* 166, etc.

IMPUDENTIA est pudoris contemptus, IV, 148, *v.* 75.

IMPURO rem puram attingere periculosum, II, 46. ut ægris oculis solis radios intueri, *ibid.*

INCANTAMENTIS opus non est ad infantium conservationem, II, 311. Diabolus cum incantamentis illis in leviorum hominum animos irrepsit, *ibid.*

INCARNATIO Filii Dei, quo summæ bonitatis consilio peracta, II, 269. Hujus mysterii consilium fuit, ut hominem instauraret, Deique notam in nobis geramus, tantum ab eo informati, ut ex ipso solo agnoscamur, I, 257. ut nobis salus pareretur, II, 116. Incarnationis causa, Dei benignitas in hominem, invidia diaboli a conditore suo misere separatum, II, 285. Incarnationis totius œconomia medicinæ loco nobis est, I, 37. Mysterium hoc exponitur, II, 286. In eo Deus homo efficitur, *ibid.* Deus nostra causa humanitatem suscipit, I, 257. Jesus nostri causa homo factus, I, 309. Verbum Dei compositum, nostra inanitum, imo etiam humanatum, *ibid.* Quod erat permansit, quod non erat assumpsit, I, 308. In principio sine causa, propter quam esset, *ibid.* 409. Qua de causa postea natus, II, 110. Cur humanitas in unam cum eo personam assumpta, *ibid.* 110, 116.

Incarnatio, nova et inaudita mixtura, et admiranda temperatio, II, 269. Alia hujus dispensationis miracula, *ibid.* Divinæ bonitatis in eodem mysterio divitiæ, *ibid.* 269 *et seqq.*

Dei Filius, nostri causa, hominis quoque Filius factus est, II, 341. Arcano modo, ac sine ulla spurcitie ex Virgine Maria progressus, *ibid.* Totus homo idemque Deus, pro toto homine læso, *ibid.* Impatibilis divinitate, patibilis assumptæ humanitatis ratione: alia ejusdem argumenti, *ibid.* In incarnatione procreatio virginitati admixta, *ibid.* 286, Angelicæ virtutes ac potestates incarnationis consciæ fuerunt, *ibid.* 501. Incarnationis reprehensores, circa lucem tenebrosi, circa sapientiam imperiti; ingratæ creaturæ, diaboli figmenta, *ibid.*

270. Alia multa ejusdem argumenti, *ibid.*

Incarnationis Christi causæ et modus, III, 371, 372, *v.* 31 *et seqq.* Christus totum hominem assumpsit in mysterio incarnationis, *ibid.* 374, *v.* 1 *et seqq.* Carmen de Christi incarnatione, *ibid.* 377. Christus ipse, ut sanaret ægrotum, naturam humanam assumpsit, *ibid.* 415, *v.* 139 *et seqq.*

Incendium ingens fuit ex parva scintilla, IV, 376, *v.* 271, etc.

Incertum et inæquabilitas prosperitatis humanæ, I, 324. Instabilibus ventis fides potius haberi possit, *ibid.* 323. Ideo a Deo permissa sunt, ut iis perspectis ad futuræ vitæ portum contendamus, *ibid.* 325.

Incessus. Modum quemdam ac decorum in incessu tenendum esse, II, 49.

Inconstantia rerum humanarum, IV, 178, *v.* 467, etc.

Incorporeorum et intelligibilium nullum est proprium nomen, III, 321.

Incunabulum quoddam sapientiæ, timor Domini, I, 469.

Incuriæ, quid, IV, 148, *v.* 70.

Incus maxima non timet ictus, IV, 133, *v.* 56.

Indigentia, cupiditatis mater, I, 449.

Indolentia nimia non est probanda, III, 223.

Indoles. Habitus talis vel talis erga res, cujusque est indoles, IV, 150, *v.* 125. Mores vero figmentum sunt, quo designatur indoles, *ibid.* *v.* 126.

Infamare alium ac vicissim infamari, mira hujus rei facilitas, perinde ac fluctus reciprocantis, III, 225.

Infamiam in rerum gerendarum consilium præstat adhibere, III, 283.

Infantes sine baptismo defuncti, supplicio non affecti, quare, II, 318. Quando baptizandi, *ibid.* 323 *et seqq.* Quando referendis actionibus obnoxii, *ibid.* 324. *Vide* Baptismus. Infantes ab Herode occisi, ut coætanea Christo victima, et pro eo cæsa, venerandi, *ibid.* 273.

Infirmitas fratris qua ratione toleranda et curanda, II, 193. Infirmitates fraternæ, quatenus tolerandæ et curandæ, *ibid.*

Infirmitas virtutis materia, III, 52. In infirmitate piis situm est robur, *ibid.* 459, *v.* 531.

Infirmos sæpe necessitas ipsa pugnaces efficit, III, 74.

Ingenitum et Deus idem non sunt, II, 103. Ingenitum et genitum inter se opponuntur, ut habitus et privatio, *ibid.* Ingeniti vox in Scriptura non extat; sed ex ea colligitur, *ibid.* 156.

Ingluvies reprimenda, IV, 139, *v.* 73, etc.

Inimicitia. Ob inimicitiam facile decipimur; non secus ac ii qui vertigine laborant, I, 502. Absurdum fuerit existimare, dum inimicitiarum et simultatum amore tenemur, Deo qui pro nobis mortuus est, rem gratam fieri, *ibid.* 511.

Inimicus minime suspectus lethalius vulnus infert, II, 382. De inimici casu lætari lex vetat, I, 124.

Inimicus. Ex inimico utilitas, IV, 143, *v.* 193, etc.

Iniquis nihil miserius, III, 481, *v.* 170.

Iniquitas, quid, IV, 152, *v.* 183.

Iniquitas ex Babylone a senioribus judicibus egressa, I, 58. De quibusnam illud hodieque intelligendum, *ibid.*

Iniquæ judiciorum regulæ. *Vide* Contentio, Iracundia, Inimicitia, Aspectus, Insanire, Criminatio, Vertigo, Impostura.

Initiationes superstitiosæ a Thracibus inventæ, I, 164.

Innovare. Quibus virtutum operibus nos innovari oporteat, II, 475, 476, 477. Innovatæ apud Isaïam insulæ, gentium Ecclesiæ recens constitutæ, II, 470. Innovatus, apud Jeremiam murus æreus, anima firma, recensque ad pietatem compacta, *ibid.* *Vide* Encænium.

Injuria. Referendæ injuriæ potestas, satis gravis pœna in eos qui injuriam intulerunt, II, 385. Injuriarum condonatio, cum eas ulciscendi potestas adest, rari admodum exempli, I, 207.

Injuria. Nullum vitæ genus abimprobatum, injuriæ liberum est, III, 133.

Injuriam acceptam tolerare divinum est et ad probitatem adducit, III, 113. Eam condonando, veniam et ipsi consequimur, *ibid.* Qui injuriæ ultionem quærit sibi ipsi insidias tendit, *ibid.* 116, 117. Multa sunt in quibus ii qui

læduntur beneficium accipiunt, et contra iis qui beneficium accipiunt, injuria infertur, *ibid.* 187. Placidum esse facile est; cum nulla infertur injuria, *ibid.* 488, *v.* 51, etc. Injurias ingerentibus ignoscendum est, IV, 90, *v.* 472, etc.; 144, *v.* 197, etc. Injuriarum tenax recordatio, *ibid.* 147, *v.* 44, 45. Injuriam ferre æquo animo non est facile, *ibid.* 301, *v.* 22. Maxime ridiculum est vel potius miserandum, quod iidem et injuria afficiantur et accusentur, III, 73, 74.

INJUSTITIA æqualitatis lineas transilire, injustitia est, IV, 147, *v.* 60.

INO Græcorum, eadem quæ Isis Ægyptiorum, II, 215.

INOBEDIENS Christus quo sensu dicatur, II, 118.

INOBEDIENTIA. Graves pœnæ gravesque minæ adversus inobedientiam intenduntur, I, 80.

INOPIA eorum qui altari ministrant quibus de causis sublevanda, II, 31. Turpe sane est hæc et ministros altarium exposcere, et fideles non elargiri, *ibid.* Inopia pressus quibusnam divitiis splendidissimum quemque superare possit, *ibid.* 372. Inopia externa a Christianis multis, instar omnium opum, colitur, I, 175. Inopia et pecuniarum contemptus pulchra res est, et voluntaria paupertas, testis Zacchæus atque Christus, *ibid.* 311.

INOPIAM amplecti propter futuræ vitæ opes pulcherrimus est quæstus, III, 91.

INQUINAMENTUM, quid, IV, 152, *v.* 174.

INSANIRE. Libenter omnibus omnia concedimus, hac lege et conditione ut nobiscum insaniant, I, 503.

INSOCIABILIA mixta, Deo volente, III, 462, *v.* 608.

INSOLENTIA, quid, IV, 149, *v.* 96.

Insolentia comitem habet calamitatem, I, 114.

INSULÆ innovatæ, quid apud Isaïam, II, 471.

INTELLECTUALIA : mens per res sensibiles ad ea evehitur, II, 68. Intellectualia percipere quantumvis in se ipsam collecta mens humana contendat, sensibile quoddam semper irrepit, *ibid.* Intellectualibus, absque rerum corporearum adminiculo, mente conjungi, iis impossibile qui corporibus conjuncti sunt, *ibid.* Hinc allegorica Dei nomina, spiritus, ignis, lux, etc., *ibid.*

INTEMPERANTIA et libido corporis, sapientes etiam viros furore afficit, I, 531. Equulei petulantis et indomiti more, rationem secum arripit, *ibid.*

Intemperantia, quid? IV, 147, *v.* 58.

INVIDIA. Invidiæ fructuum demonstratio ab exemplis, II, 232.

Invidia tabes animi est de rebus secundis vicinorum, IV, 148, *v.* 71. Invidiæ eo magis thronus est expositus, quo est sublimior, III, 105, 106. Invidia deprimit ea quæ alte assurgunt, IV, 204, *v.* 335. Invidiæ luctæ æquo animo ferendæ, *ibid.* 327, *v.* 25, 26. Invidia affectionum justissima, labefacit quos possidet, *ibid.* 399, *v.* 8, 9. Invidia corruptrix nunquam quiescit, *ibid.* 245, *v.* 1506. Quiescit post fata, *ibid.* 356, *v.* 6.

Invidiæ patuit Gregorius, IV, 179, *v.* 496 *et seqq.* Carmen adversus invidiam et invidos, *ibid.* 190. Aliud carmen in invidos, *ibid.* 191. Improborum invidia in Gregorium, *ibid.* 216, *v.* 679 *et seqq.* Quid invidiam ipsi conflaverit et attulerit molestias, agnoscit Gregorius, *ibid.* 316, *v.* 45 *et seqq.* Lingua nocuit Gregorio et amicorum omnium conflavit invidiam, *ibid.* 347, *v.* 187, etc. Optat Gregorius ut cesset tandem invidia, *ibid.* 421, *v.* 26. Invidia cujusdam presbyteri in Gregorium, IV, 221, *v.* 824 *et seqq.* Invidia Gregorio cuncta rapuit, *ibid.* 360, *carmen* XLIII, *v.* 1 *et seqq.* Invidia pressus Gregorius gloriam cupit invidia carentem, *ibid.* 314, *v.* 1, etc. Rogat Christum, ut invidiam comprimat *ibid.* 348, *v.* 205. Gregorium etiam mortuum premit, *ibid.* 356, *v.* 9. Invidia primus morbus est, superbia quæ apostatas Angelos e cœlo, et generis humani nostri principes e paradiso deturbavit; reliquiæ autem hujus morbi, invidia, IV, 718. Cum enim superbæ illæ mentes ex beatissima illa sede ad Tartarum præcipites cecidissent, hominum felicitati statim invidere cœperunt; invidia enim diaboli mors introivit in orbem terrarum, *ibid.* Non solum in Angelis apostatis, sed etiam in hominibus dici

potest invidia insitum malum, implacabilis livor, Caïn enim fratri suo invidens ipsum nequiter interemit, *ibid.*

Invideri gloria est, invidere magnum dedecus, IV, 127, *v.* 22.

Invidos exagitat Gregorius, IV, 191, 192, 314.

Invidus spiritus cum virtute decertans in homine justo, I, 478.

Invocationis Sanctorum exemplum, II, 542. item beatæ Mariæ, I, 532.

Iphigenia virgo, cum Dianæ in sacrificium offerretur, qua ratione e periculo extracta, II, 400. Fit Dianæ sacerdos, et hospites et immolare discit, *ibid.*

Ipse dixit : summum Pythagoricis dogma, aureisque carminibus præstantius, I, 160. Verborum illorum sensus, *ibid.* 161. Recens arrogantia, II, 53.

Ira cito compressa, apis aculeo similis, I, 416. Adversus dæmonem solum gerenda, II, 475. Ira et mœrore impletur Gregorius propter Christum, quare, *ibid.* 243. Eorum qui per iræ impotentiam cæcutiunt agendi ratio, I, 490. Ira, calix in manu Domini appellatur, *ibid.* 360. Doceat pastor quomodo peccatis proportione respondeat, *ibid.* Ira Dei in confessione præoccupanda, *ibid.* 374. Ira, Dei naturæ repugnat, *ibid.* Quo sensu Deum irasci Scriptura dicat, II, 155. Iræ divinæ quamdam fæcem audimus, hoc est, commotionis adversus eos qui ea digni sunt residuum, I, 416.

Tentatio. Non probatum quod tentationis expers est, sed quod exploratum est in negotiis, hoc probatum magis, ut in camino aurum, III, 291.

Tentatio Christi, exploratio divinæ initiationis, IV, 153, *v.* 203.

Tentator diabolus, quam pugnandi rationem adhibeat, II, 304. Scripturarum peritus est, et vitii sophista, *ibid.* Ut conversionem differri suadet, et parvis dilationibus incautos decipit, *ibid.* 308. Cum aperto marte nihil proficit, insidias obscure tendit, *ibid.* 310. Nullum insidiandi finem facit, *ibid.* Qua ratione propulsandus, *ibid.*

Tereus, rex Thraciæ, Prognes maritus, et Philomelæ raptor, III, 168.

Tereus, rex Thraciæ, cum Prognen, Pandionis Athenarum regis filiam, uxorem duxisset, ejus etiam sorori Philomelæ, per speciem visendæ sororis, abductæ vim attulit, ac deinde linguam præcidit, III, 513. Quod facinus cum illa sorori aliter indicare non posset, telam cruore suo depictam ad eam deferendam curavit. Qua re cognita Progne, ut sororem ulcisceretur, Ityn filium patri epulandum apposuit; prolato deinde capite cum pater se uxoris dolo filium in sua viscera condidisse agnosceret, et ad ultionem properaret, Progne, ut poëtæ fingunt, mutata est in hirundinem, Philomela in avem sui nominis, Tereus in upupam, Itys in phasianum, *ibid.*

Terra, communis omnium parens, II, 82. Terra, cum cibos largitur, parentum erga filios amorem imitari videtur, I, 227. Terræ sterilitatis plaga percussæ descriptio, *ibid.* 366. Terra sterilis sermonem in se incidentem sterilem reddit, II, 56. Variæ de terra quæstiones, *ibid.* 83. Nihil in eis ratio deprehendit, si Dei voluntatem exceperis, *ibid.*

Terra stabilis est, sed vertigine laborantibus infida, III, 458, *v.* 506. Terræ triplicem vim novit agricola, cum alia sit fertilis, alia sterilis, alia spinarum et frumenti ferax, IV, 470, *v.* 120, 121.

Terræ motus post hominum memoriam maximus, Nicææ exortus, I, 248. Eventus quidam, terræ motus appellati, II, 157, 325. Aggæi locus, de altera cœli et terræ motione, quomodo intelligendus, I, 485. Paulo fides habenda, postremum hunc terræ motum nihil aliud fore affirmanti quam secundum Christi adventum, *ibid.*

Terræ motus in morte Christi, III, 388, *v.* 35. Terræ motu totus Oriens concutitur, IV, 172, *v.* 322, etc.

Tesseris similes versantur res terrenæ, IV, 337, *v.* 57, 58; 412, *v.* 11.

Testamentum. Veteris et Novi Testamenti charactere nondum perspecto docere, in vitio positum, I, 49. Duo Testamenta cur terræ motus appellata, II, 158. Non subito, sed paulatim, ac pædagogi et medici more, ab assuetis abstrahunt, *ibid.* Primum, sublatis idolis, sacrificia permisit, *ibid.* Secundum, submotis sacrificiis, circumcisionem non subito prohibuit, postea tamen abstulit, *ibid.* Primum Deum Patrem aperte prædicabat, Filium obscurius: Novum perspicue Filium ostendit, et Spiritus sancti divinitatem subobscure quodammodo indicavit, *ibid.* Sed post Ascensionem, Spiritus sanctus sese nobis aperte declaravit, *ibid.* 160.

Testamenta gemina ingentes habent divitias, IV, 506, *v.* 186. Vetus et Novum, *ibid.* *v.* 187, 188. Non erit tertium, *ibid.* 189.

Testamentum suum moriturus scribit Gregorius, cujus manet exemplar, III, 330, etc.

Tethides dii, quinam, II, 150.

Textores imperatorii, ob libertatem qua fruebantur, ad audendum parati, II, 444. Basilio Magno in judicium contumeliose vocato, præfectum discerpere volunt, *ibid.*

Theatra fugienda, IV, 502, *v.* 78, 79. Conduntur rebus spurcissimis, *ibid.* 503, *v.* 108.

Thebæ Ægyptiæ, centum portis cinctæ, unum ex septem mundi miraculis, II, 451. Cum hospitali domo a Basilio Magno constructa non comparandæ, *ibid.*

Thebanus vates, I, 129.

Thebanorum in festivitatibus suis amentia, II, 279.

Thecla, inter Christi pugiles cum Apostolis et Stephano recensetur, I, 133. A tyranno ipsius proco, et a matre adhuc crudeliori servata, *ibid.* 533. Ei Seleuciæ fanum erat, *ibid.* 482.

Thecla (sancta) ab igne liberata et a feris, III, 446, *v.* 190; 469, *v.* 87. Ejus virtus, IV, *v.* 916. Thecla sancta est apud Deum, *ibid.* 483, *v.* 102.

Theclæ (sanctæ) monasterium in Seleucia ad quod confugit Gregorius, ut episcopatum devitet, IV, 212, *v.* 545.

Theclam mulierem pietate insignem, sacerdotis sororem ad patientiam hortatur Gregorius, III, 82. Vinum ab ea petit, iis qui ecclesiam construebant distribuendum, *ibid.* 83 Hanc forte a Castore repetit cum dominæ communis sororis nomine, *ibid.* 294. Theclam consolatur Gregorius de morte fratris sacerdotis, *ibid.* 302, etc. Dei ancilla et bonorum primitiæ Thecla, *ibid.* Eam invisit Gregorius, *ibid.* 303. Soli Deo consecratam laudat, *ibid.* 304. Illam iterum ob mortem fratris, et secutas inde vexationes, consolatur, *ibid.* 302, 304, 305, etc.

Themistius episcopus Adrianopolis testamento Gregorii subscribit, III, 333.

Themistius, rex sermonum, III, 39. Amphilochium illi commendat Gregorius, *ibid.* 333. Eruditione celeber, III, 57.

Theodorum Tyanensem ad patientiam hortatur Gregorius, III, 112, etc. Theodoro Philocaliam Origenis mittit Gregorius, *ibid.* 168. Eidem episcopo significat se ab Ecclesiæ Nazianzenæ gubernaculo secedere et hujus curam ipsi incumbere, *ibid.* 209, etc. Illum objurgat, nec ideo cessat Nicobuli filios commendans, *ibid.* 215, 216. Illi Amazoniam propinquam commendat, *ibid.* 217. Item et jus Eugeniæ ad hæreditatem obeundam, *ibid.* 218. Ei significat se dictæ in quemquam hominem sententiæ acquiescere, *ibid.* 219. Ad eum de juramento Gregorii Paspasini scribit, *ibid.* 220.

Theodoro episcopo (dubitatur an Tyanensi) excusat Gregorius suam a Nazianzena Ecclesia secessionem, III, 244, 245, etc. Illius nunquam præsentia usus, sed forma solum et opinione illustratus, illum per litteras alloquitur, *ibid.* 244.

Theodoro (alteri) se Ecclesiæ Nazianzenæ curam suscepturum pollicetur Gregorius, III, 193.

Theodorum militem Modario exercitus præfecto commendat Gregorius, III, 189.

Theodorus. *Vide* Theodosius.

Theodosia fœminæ Chironis comparata, et Amphilochii germana soror, exemplar virtutum, a Gregorio proponitur Olympiadi, quam bonis moribus instruxerat, IV, 483, *v.* 97.

Theodosius, vel Theodorus, cui Gregorius de matrimonio ejus filiæ cum Euphemio suo cognato gratulatur, III, 311.

Theodosium (incertum an idem sit) venerabilem Nemesio commendat Gregorius, ne patrio solo migrare relictis orphanis cogatur, III, 270.

Theodosius episcopus Idæ Gregorii testamento subscribit, III, 333.

Theodosium notarium suum testamento manumittit Gregorius, et illi donat aureos quinque, III, 332.

Theodosius imperator. Hunc adit Maximus et expellitur, IV, 227, 228. Theodosius, oppressis barbaris, Constantinopolim venit, vir bonus, quod ad religionem pertinet, qui simplex vulgus continere posset, IV, 237, *v.* 1278, etc. Gregorium honorifice excipit, *ibid.* 238, *v.* 1305, etc. Ejus ad Gregorium verba, *ibid. v.* 1311, 1312. Theodosium adit Gregorius, ab sede abdicatus, *ibid.* 258, *v.* 1871, etc. Theodosius postulatam abeundi gratiam illi concedit, *ibid. v.* 1881 *et seqq.*

Theodulus presbyter, sub Valentis

Ariani persecutione, mediis in fluctibus igne consumptus, II, 14.

THEODULUS episcopus Apamæ testamento Gregorii subscribit, III, 331.

THEODULO condiacono munuscula cum viginti aureis in testamento relinquit Gregorius, III, 333.

THEOGNIUM monachum, qui in terra constitutum cœlestia jam attigit, Hellenio commendat Gregorius, IV, 432, *v.* 171 *et seqq.* Postremus ingressus longo priores intervallo præivit, *ibid.* *v.* 179, etc.

THEOGNIS. Ejus dictum, III, 24. et deliramenta, IV, 17, *v.* 393. Theognis. Alludit Gregorius ad hæc verba Theognidis : *Oportet eum qui inopiam fugit, in vastum mare se projicere, aut e præruptis scopulis se dare præcipitem,* IV, 698.

THEOGONIA Hesiodi, I, 169.

THEOLOGIA, per vitæ puritatem et mandatorum observationem acquirenda, I, 462. In quibus potissimum versari debeat, I, 42. Tres circa theologiam morbi, *ibid.* Sermonem de theologia habens, Moysi in montem ascendenti comparatus, II, 57. Impurus ac profanus ad audiendum de theologia sermonem non accedat, *ibid.* Theologiæ tractandæ superflua et fucata ratio, primis Ecclesiæ temporibus, Ecclesiæ aditu arcebatur, I, 474. Is ordo in ea tenendus, ut nec repente omnia in lucem proferamus, nec in finem usque occultemus, II, 160. Oratio de theologia non ea mente audienda, ut verbum inde rapiatur et sana doctrina obtrectationibus et calumniis discerpatur, *ibid.* 58. Qui ita affectus est, malæ bestiæ ad montem accedere prohibitæ comparatus, *ibid.*

THEOLOGICA scientia pastori maxime necessaria, I, 42.

THEOLOGUS, quis apud nos præstantissimus censeatur, II, 131. Theologum quam maxime purum esse necesse est, *ibid.* 53. Theologos electione ac suffragio effectos aspernatur Gregorius, I, 452. Theologi ethnici Spiritum sanctum, ut Gregorio videtur, per imaginem quamdam conceperunt, II, 141.

THEOPHANIA et natalitia Domini, duo nomina uni eidemque festo imposita, II, 261. Primum, quod eo die Deus apparuerit ; secundum, quod natus sit, *ibid.*

THEOPHILO puero manumisso relinquit in testamento Gregorius aureos quinque, III, 332.

THEORIA, quid, IV, 150, *v.* 130.

THEOSEBIA, Magni Basilii et sancti Gregorii Nysseni soror, in cœlestia domicilia tanquam areæ acervus tempestive devectus recondita, III, 265. Ecclesiæ decus, Christi ornamentum, fœminarum fiducia, *ibid.* Animi immortales columnæ, in quibus Theosebiæ memoria vigebit, *ibid.* Beatæ illius fœminæ memoriam pro deliciis habet Gregorius, *ibid.* 266. Dicitur Gregorii magni compar, id est, diaconissa, columen fœminarum piarum, IV, 559, *carmen* CXXIII, *v.* 1 *et seqq.*

THEOTECNUM injuria affectum ad patientiam Gregorius hortatur, III, 116, etc. Ne baptismi gratiam recens acceptam cruore contaminet, auctor est, *ibid.* 117.

THEOTECNUS diaconus. Incertum an idem sit ac superior, III, 137. Dicitur Martyrum sacerdos, *ibid.* 138. Illum ab exactoribus Nazianzenis vexatum defendit Gregorius, *ibid.* 137.

THESAURI absconditi parabola, III, 392, *carmen* XXIV, *v.* 6, 7 ; 394, *carmen* XXVII, *v.* 23.

THESPESIUS grammaticus, gemente Attica, tumulatur, IV, 515, *carmen* IV.

THESSALA equa, principem inter ejusdem generis animalia locum obtinens, I, 167.

THOMAS, postquam vidit, ut a nobis imitandus, II, 499. Item in attrectatione verbi, II, 335. Thomas, Indiæ apostolus, *ibid.* 205.

THRACES, superstitiosæ initiationis inventores, I, 164.

THRACIA a Gothis populata, II, 198. *Vide* BARBARI.

THRONI ecclesiastici, non digniorum, sed plerumque potentiorum erant, II, 419.

THUCYDIDIS linguam et otium optat Gregorius, ut Juliani facinora describere possit, I, 152.

THYMIAMA compositionis imitari non omnibus licitum erat, I, 72.

TIBERINA, Gregorii secessus, III, 4. Locus luti et hyemis incommodis expositus, *ibid.*

TIGRIS ad ferrum jubam arrigit, IV, 46, *v.* 15, etc.

TIMERE. Quæ quisque ut jamjam perpessurus timet, hæc passus est, etiamsi non patiatur, I, 207. Hoc unum timeamus, ne quid magis quam Deum timeamus, *ibid.* 291.

TIMIDITAS, nimiæ audacitati præponenda, II, 184.

Timiditas est quædam animi contractio in rebus audendis, IV, 147, *v.* 56.

TIMOR, principium sapientiæ, II, 281. Velut primum quoddam incunabulum, I, 469. Ubi timor, illic quoque mandatorum observatio, II, 281. Timoris rudimenta, ad contemplationem assurgere volenti necessaria, *ibid.* Qui timore perculsi, vel aliis de causis, Arianæ fraudis auctoribus scienter manus dederunt, minus excusabiles quam qui ex ignorantia iisdem assensum præbuerunt, I, 484.

Timores prudentibus viris valde commodi et salutares, III, 34. Non est a Deo timor qui mentes compede nectit, *ibid.* 441, *v.* 59. Timor Dei omnium bonorum magister, *ibid.* 481, *v.* 161, 162. Timor sæpe salutis initium, IV, 10, *v.* 172. Timor perpetuus, perpetua pœna, *ibid.* 28, *v.* 722, 723.

TIMOTHEUS : ad eum scripta Pauli Epistola leges continet, quibus futuri Ecclesiæ antistites informantur, I, 472.

TIMOTHEUM laudat Gregorius, et illum incitat ut viriliter pro Trinitate decertet, III, 221, etc. Illum nescio quam calamitatem minime philosophico animo ferentem objurgat et erigit, *ibid.* 223, etc. Eum ad familiares libros redire hortatur, *ibid.* Illum haud parum profecisse asserit, eo quod pudorem senserit doloris loco, *ibid.* 225. Luculentas et ambitiosas, ac nonnihil etiam aculeatas litteras ad Gregorium scripserat, *ibid.*

TIRONIBUS perfecta doctrina non est tempestiva, III, 345, *v.* 19, 20.

TITANES et gigantes, nominibus simul ac rebus horrendi, I, 169.

TITUS, Silvano et Timotheo tertius accedens, I, 286.

TITYS cruciatus, I, 209.

TONITRUA firmat Deus, quo sensu, II, 125. Variæ atque inextricabiles de tonitruis quæstiones, II, 86. Tonitruum Semelæ, *ibid.* 278.

TORPEDINEM tangere, IV, 236. *Vide* ANIMA.

TRADITIONIS divinæ non scriptæ argumenta. De non scriptis dogmatibus disseremus, II, 147. Scriptura quænam non dicit, quæ tamen ex ea colliguntur, *ibid.* 156.

TRAGELAPHUS : vox inanis ex Gregorio ; juxta alios, animal ex hirco et cervo conflatum, II, 10. Tragelaphi, *ibid.* 143.

TRAGOEDIARUM, quas pertulit Athanasius, initium et causæ, I, 475.

TRAJANI prudentia et animi magnitudo admirationi esse solent, I, 185.

TRANSFIGURATIO Christi. Apostoli pene in ea obcæcati, *ibid.* Non omnes ad hoc miraculum admissi, II, 182.

Transfiguratur Christus, III, 388, *v.* 23, 24 ; 389, *carmen* XXI, *v.* 13 ; 390, *carmen* XXII, *v.* 12.

TRAPEZITÆ Christianis imitandi, IV, 34, *v.* 874 *et seqq.*

TRES in nomine Domini congregati, plures apud Deum censentur quam multi Divinitatem abnegantes, II, 371.

TRIAS. *Vide* TRINITAS.

TRIBUNAL internum, quod nemo effugere potest, II, 236. Si solum ob oculos propositum habentes, rectum vitæ iter teneamus, *ibid.* Ultimo die unum et postremum ac formidabile tribunal erit, I, 369. Magis etiam justum quam formidabile, *ibid.* Tribunalia futuræ vitæ, quibus hujus vitæ impunitas impios tradit, *ibid.* 368.

TRIBUS sacerdotalis et regalis apud Hebræos aliquando miscebantur, IV, 384, *v.* 44, 45.

TRIBUTUM hominibus parit superbiam, IV, 166, *v.* 148, etc. Tributum ipse Christus solvit, præbens servitutis solatium, IV, 438, *v.* 339, 340. Tributorum libra, a Deo commissa, sit æquabilis, *ibid.* 440, *v.* 5, 6.

Tributa : nihil eis in divina condemnatione gravius, I, 449. Tributorum exactores Christum descriptionis tempore natum intueantur, *ibid.* 447.

TRIDEITÆ. *Vide* MACEDONIANI.

TRIGÆ anima comparatur. *Vide* ANIMA.

TRINITAS, Pater, Filius ac Spiritus sanctus ; Deus unusquisque, si separatim consideretur propter consubstantialitatem ; Deus tria hæc propter monar-

chiam, II, 338. Perfecta ex tribus perfectis Trinitas agnoscenda, quare, I, 519. Trinitas non inæqualium rerum enumeratio est, sed æqualium et honore parium complexio, *ibid.* 221. Binarium in ea separatum, quare, *ibid.* 519. Deum dicens Theologus Patrem et Filium et Spiritum sanctum dicit, II, 265. Gregorii de Trinitate disserentis linguam superat id quod cogitat ac dicit, I, 460. Deus in tribus maxime consistit, in Patre, Filio, et Spiritu sancto, II, 218. Natura divina, ut magis singularis quam ea quæ in divisionem cadunt, ita et copiosior iis quæ prorsus singularia sunt, *ibid.* Sine personarum trinitate deitas imperfecta, imo nulla, *ibid.* 140. In Trinitate una eamdemque divinitatis motio et voluntas, I, 457. Unitas in Trinitate consistens Pater et Filius et Spiritus sanctus, II, 93.

Erat lux vera Pater, erat lux vera Filius, erat lux vera alius Paracletus, II, 140. Sed unum erat, lux vera, Deus unus, *ibid.* Compendiaria et simplex Trinitatis confessio, hæc est : Ex luce Patre lucem Filium in luce Spiritu sancto percipimus, *ibid.* Aliæ Trinitatis confessiones, II, 171, 210, 218. Trinitas Deus unus est, et esse.

Creditur, non minus propter concordiam quam propter identitatem essentiæ personarum, I, 226. Nomen unum, Patri et Filio et Spiritui sancto commune, deitas, II, 341.

Deus triplex lumen, quantum ad hypostases sive personas; unum autem, quantum ad substantiæ sive divinitatis rationem, II, 284. Pater, Filius et Spiritus sanctus unum quoad essentiam, ac divisionis omnis expertem adorationem; tria quantum ad hypostases sive personas, *ibid.* 378. Ingenitus, et genitus, et procedens dici possunt, *ibid.* 379. Adoramus Patrem et Filium et Spiritum sanctum in Filio Patrem, in Spiritu Filium cognoscentes, I, 233. Nec tria tanquam unum accipientes, et tria unum esse credentes, *ibid.* Unum enim sunt, non personæ sed divinitatis ratione, *ibid.*

Inconfusa trium personarum distinctio in una divinitatis natura conservatur, II, 144. Filius non est Pater, sed est id quod Pater ; Spiritus sanctus non est Filius, sed est id quod Filius, *ibid.* Tria hæc unum, si divinitatem spectes; et unum tria, si proprietatum ratio habeatur; quare unum tria, II, 145. Naturam deitatis in tribus subsistentem, ipsam secum concordem ; vitas et vitam, lumina et lumen, Deum unumquodque, si separatim consideretur, agnoscamus; Deum rursus hæc tria, I, 521. Tres personæ sanctissimæ Trinitatis absque commixtione, aut resolutione, aut confusione intelligendæ, I, 457. Divinas tres personas in numerum unum contrahere, impius error, *ibid.* 475. Unitas personæ cur a Trinitate removenda, *ibid.* 519. Patri essentia non ita tribuenda, ut Filium et Spiritum sanctum par se subsistere negemus, II, 164. Pater, Filius et Spiritus sanctus a Græcis dicuntur *tria,* supple *prosopa*, a Latinis *tres*, supple *personæ*, vel subsistentiæ, *ibid.* 422. In personarum divinarum proprietatibus nulla confusio, *ibid.* 163. Hæ particulæ, *ex quo, per quem* et *in quo,* non naturas secant, sed unius et inconfusæ naturæ proprietates exprimunt, *ibid.* 284. Deum unum retinere necesse est, et tres personas confiteri, atque cum sua quamque proprietate, I, 43.

Trinitatis personarum proprietates, II, 422. Pater genitor et productor, citra tamen ullam passionem ac tempus, atque incorporeo modo, *ibid.* 93. Filius, soboles; Spiritus sanctus, processio, *ibid.* Ingenitum et genitum inducimus, et ex Patre procedentem, *ibid.* 94. Hoc Patri et Filio et Spiritui sancto commune est, quod minime creati sunt atque ipsa divinitas; hoc autem Filio et Spiritui sancto, quod uterque eorum ex Patre est; at vero Patris proprietas hæc est, quod ingenitus sit; Filii quod genitus; Spiritus sancti, quod procedat, *ibid.* 21. Sic instituendi Christiani, ut unum ingenitum agnoscant, hoc est, Patrem, unum item genitum Dominum, Filium videlicet, qui Deus quidem appellatur, cum de Deo separatim sermo habetur, Dominus autem quando cum Patre nominatur ; unum denique Spiritum sanctum a Patre procedentem, Deum quoque ipsum, *ibid.* 20. Nec Patri principium tribuamus, ne quid primo prius inducamus ; nec Filium et Spiritum sanctum principii expertes esse astruamus, ne Patri quod ipsi proprium

est adimamus, *ibid.* Illi et principio minime carent, *ibid.* Quantum ad causam, principio non carent, ex Deo enim sunt, licet non post ipsum : quantum ad tempus, principii sunt expertes, *ibid.* Filius ne dicatur ingenitus, *ibid.* Ne Spiritum sanctum Filium dicamus, *ibid.*

Filius et Spiritus sanctus singularitatem habent; ille filiationis, hic processionis, *ibid.* 20. Filius et Spiritus sanctus nec principii expertes dicendi, nec ad alterum a Deo Patre principium referendi, I, 518. Pater, Pater est, et principii expers; Filius, Filius est, ac non principii expers, ex Patre siquidem; Spiritus sanctus, vere Spiritus est, procedens quidem ex Patre, non tamen filiationis modo, ut nec generationis, verum processionis, II, 285.

Trinitatis personarum proprietates non anxius inquirendæ, II, 185. Spiritus sancti processio tam inexplicabilis, quam Patris ingenitura, et Filii generatio, *ibid.* 144. Hæc explicare quisquis aggreditur delirat, *ibid.* Quam relationem atque ordinem inter se habeant, Trinitati ipsi soli, ac purgata mente hominibus relinquatur, I, 521. Nos unam et eamdem deitatis naturam teneamus quæ ex principii experte, ex generatione et processione agnoscitur, *ibid.* Personæ divinæ non minus ob relationem quam inter se habent laudandæ, quam si unaquæque per se privatim accepta et intellecta esset, *ibid.* 519.

Trinitatis conjunctio et condeitas, II, 457. Filius et Spiritus sanctus Patri coæterni, *ibid.* 94. Quantum ad tempus, principii expertes, *ibid.* In Trinitate nihil servum est, nec creatum, nec adventitium, *ibid.* 338.

Nomina cuique personæ propria explicantur, II, 133. Principii experti nomen Pater; principio, Filius; ei autem quod cum principio est, Spiritus sanctus, *ibid.* 377. Principii expertem esse, principium esse, cum principio esse, non natura Dei sunt, sed circa naturam, considerantur, *ibid.* Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, tres proprietates, una divinitas, nec gloria, nec honore, nec regno divisa, II, 160. Deitatis principium et ea quæ a principio manant pari honore prosequenda; quia nec tempore, nec natura, nec cultu et veneratione distincta; unum divisim existentia, et conjunctim divisa, I, 43. Inter Filium et Patrem nihil peculiare, quia communia omnia, II, 124.

Trinitas in unitate, et unitas in Trinitate adoranda, II, 22. Sanctissimæ Trinitatis personæ adorandæ, I, 456. Unitas in Trinitate adorata; et Trinitas in unitatem collecta, tota adoranda, *ibid.* 233. In adoranda Trinitate nihil supercolendum aut subcolendum, *ibid.* 507. Quibus verbis Eunomius perstringitur, *ibid.* Una hæc pietatis regula proposita est, ut Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unam in tribus personis deitatem et potentiam adoremus, *ibid.* In Filio Pater, in Spiritu sancto Filius adorandus, II, 542. Nulla Trinitatis persona sine aliis vult honorari, *ibid.* 255.

In confitenda Trinitate tritheiæ crimen a Macedonianis objectum, minime timendum erat; cum ipsi quoque, eadem ratione, in ditheiæ periculo versarentur, II, 21. Non tria in deitate principia constituenda more Gentilium, qui deorum multitudinem induxerunt; nec rursus unum Judaïco more statuendum; quod nempe invidum sit et imbecillum utpote similem sibi personam habere nolens, aut producere non valens, *ibid.* 20.

Tria nomina et tres personas unius esse essentiæ, unius majestatis atque potentiæ credimus, II, 301. Hinc tres personas credimus, II, 149. In deitate nihil eorum reperitur quæ dividuis rebus contingunt, *ibid.* Divinitas in tribus dividuis individua, velut in tribus solibus una lux, *ibid.* Divinitatem aspicienti, unum est quod oculis mentis observatur; si ea spectemus in quibus est divinitas, tria sunt quæ adorantur, *ibid.* 150. In Trinitate quælibet persona unitatem deitatis habet, tam alterius personæ, quam sui ipsius respectu, propter essentiæ identitatem, *ibid.* 151. Multa de Filio et Spiritu sancto hæresis capita referuntur et confutantur, II, 219.

Trinitas nulli rerum inferarum comparari potest, II, 163. Variæ imagines quibus eam adumbrare tentatum est, *ibid.* Quis imaginum illarum usus, *ibid.* 165. Trinitas margaritæ undique sibi simili et æque fulgenti comparata, *ibid.* 255. Ex eo quod nobis inest, mente, ser-

mone ac spiritu intelligitur, quantum quidem ex parvis maxima conjicere possumus; quandoquidem nulla imago veritatem assequi potest, I, 521.

Trinitatis lumen non subito, sed tacitis accessionibus, atque e claritate in claritatem progressionibus illuxit, II, 159. Vetus Testamentum Deum Patrem aperte, Filium obscurius prædicabat : Novum perspicue Filium ostendit, et Spiritus sancti divinitatem subobscure quodammodo indicavit, *ibid.* Verum Spiritus sanctus, post ascensionem Christi, sese nobis aperte declaravit, *ibid.* *Vide* SPIRITUS SANCTUS. Trinitas concordiæ principium, I, 509. *Vide* CONCORDIA.

Trinitatis opus fuit, quod Catholici de Antiocheno episcopo dissidentes ad concordiam revocarentur, I, 523. Trinitas, longanimis est; quod eos, a quibus scinditur, toleret; omnibus aliquando, vel per illuminationem vel per pœnam agnoscenda, *ibid.* Trinitatis cultor ac sincerus præco Gregorius, *ibid.* Gregorii Thaumaturgi de Trinitate confessio, II, 160.

Trinitas unus Deus, III, 401, *carmen* XXXI, *v.* 3; 402, *carmen* XXXII, *v.* 5, 6. Trias unicum lumen, IV, 261, *v.* 1948. Trinitas indivisa, III, 347, *v.* 71 *et seqq.* In Trinitate monarchia est, non polyarchia, *ibid.* 348, *v.* 79, 80; 40, *carmen* XXX, *v.* 25, 26. Trinitas una, et trina unitas, *ibid.* 216, *v.* 658, 659. Trinitas, una in tribus luminibus gloria, *ibid.* 311, *v.* 36. Trinitas in unum colligata, *ibid.* 342, *v.* 78. Purum lumen coïens in unum, *ibid.* 413, *carmen* LXXXV, 14; 425, *carmen* XCIX. Splendor æqualiter lucens, *ibid.* 414, *carmen* LXXXVII, *v.* 16. Trinitas trilucida, *ibid.* 425, *carmen* XCIX, *v.* 2. Divinitas uno cultu adoranda, unum lumen in tribus æqualibus splendoribus, *ibid.* 460, *v.* 87, 88. In Trinitate una natura, immensa, increata, expers temporis, bona, libera, pariter colenda, unus Deus in tribus luminibus mundum gubernans, III, 346, *v.* 41. Ex unitate trias, et ex triade unitas, *ibid.* 347, *v.* 60. Triadis unum robur, una mens, una gloria, unum imperium, *ibid.* 348, *v.* 87, 88.

Trinitatis tres personæ, IV, 350, *carmen* XXXVIII, *v.* 5 *et seqq.* Trinitas personis distincta, unitas natura, *ibid.* 506, *v.* 193, etc. In Trinitate alius atque alius, non aliud atque aliud, ne vel personas confundamus, vel distinguamus substantiam, III, 145. Una Patris et Filii et Spiritus sancti agnoscenda divinitas, *ibid.* 154. Patris, et Filii, et Spiritus sancti rectius dicitur essentia, quam natura, *ibid.* 323. Simplex-ne est an composita? *ibid.* 324. Divina et simplex Dei essentia individua et unius modi est, III, 326. Tres personæ nunquam separatæ, *ibid.* 327, 347, *v.* 71. Ut inter mentem, et cogitationem, et animam nulla est sectio, sic neque inter Patrem et Filium et Spiritum sanctum, III, 326. Quod evolvitur exemplo solis et radii, *ibid.* Et exemplo duorum fluminum ex uno fonte manantium, *ibid.* 327. Non tamen puram Trinitatis ideam dare possunt exempla rivi, aut facis, aut sermonis, aut fulguris, *ibid.* 347, *v.* 61. Trinitas conjuncta est absque confusione, distincta absque sectione, IV, 507, *v.* 211, 212.

Trinitatis confessio, IV, 37, *v.* 988. Ejusdem doctrina fidelis, *ibid.* 184, *v.* 622. Trinitatis germana adoratio, thesaurus immutabilis et invidiæ expers, III, 139. Trias antiquæ fidei fons, IV, 252, *v.* 1704, 1705. Trinitatis gloriam decantant animæ cœlestes, *ibid.* 351, *v.* 23, 24. Trinitatem non colendam asserit Arius, *ibid.* 213, *v.* 579. Maxime tamen est colenda, *ibid.* 131, *v.* 61. Nequidem Trinitas hominum linguas effugit, *ibid.* 44, *v.* 119. Trinitatis glorificatio, *ibid.* 401, *carmen* XXXI, *v.* 1 *et seqq.*; 403, *v.* 45 *et seqq.* Ejusdem invocatio, III, 465, *v.* 684, etc. A Trinitate, quam prædicans comparavit invidiam, salutem petit Gregorius, *ibid.* 191, *carmen* VIII, *v.* 1, 2. Hanc iterum orat, *ibid.* 377, *v.* 313.

Trinitas prima virgo, III, 410, *v.* 20. Ejus natura pura, *ibid.* *v.* 29, 30; 488, *v.* 68.

TRIPTOLEMUS, Celei Eleusinæ regis filius, II. 278.

TRISTITIA est morsus cordis et confusio, IV, 148, *v.* 66.

TRITHEIÆ crimen, Catholicis ab hæreticis impactum, diluere cujus sit, II,

339. A Gregorio dissolutum, *ibid.* 148. *Vide* Eunomiani.

Trochus velut, a principio motus est mundus, III, 353, *v.* 4, 5.

Trojæ expugnatio, IV, 5, *v.* 34.

Troja : actum in ea puellæ regiæ sacrificium, I, 134. Hæc puella quænam, *ibid.* 135.

Trophonius, Thebanus vates, impostor, I, 129. Trophonii subterranea vaticinia, II, 279.

Trophonius cesset a fabulis, IV, 497, *v.* 286.

Turpe hoc solum est, malos affectus exsectos non habere, II, 257.

Turris Babel, III, 427, *v.* 448.

Turtur, conjuge viduata, alium non admittit maritum, IV, 459, *v.* 536.

Tympana in Christianorum festis non adhibenda, I, 206.

Typhæus fabulosus, IV, 578, *carmen* XLIII, *v.* 1.

Typhæus nomen est gigantis qui cum Jovem de regio solio deturbare conaretur, fulmine ab eo interemptus est, IV, 757.

Tyrannis, quid sit, II, 317. Tyrannis Samiorum, I, 191. Tyrannis Lydiorum a Gyge occupata, II, 413. Tyrannidem in divinis disputationibus sibi vindicare non licet, *ibid.* 184.

Tyrannis. Censet Gregorius tyrannide invectam esse distinctionem inter ingenuos et servos ex eadem terra natos, sive e terra, sive Deo natos, et nomen duplex impositum, ac postea legem improbam subsecutam esse, IV, 712. Hæc distinctio peccati originalis est sequela ; neque invaluisset si protoparens noster suam primigenam servasset justitiam, quemadmodum in sede beatorum locum non habebit, *ibid.*

Tyrannus et Pharas invisibilis, II, 489. Tyrannus occultus, aurum, *ibid.* 214.

Tyranni tragici : quid hoc nomine Diogenes intellexerit, I, 137.

Tyrii, purpuræ inventores, I, 164.

Tyrrhenicæ tubæ, III, 18.

Tyrus Phœniciæ metropolis nunquam litterarum studiis floruit, sed tantum conchylii et purpuræ commercio, IV, 747.

U

Ulceribus Ægyptii torquentur, III, 380, *carmen* XIV, *v.* 8.

Ultio. Ultionis aliquid quandoque Deus peccantibus reservat, ne, si omnino ignoscat, benignitate deteriores fiant, I, 416.

Ultio. Contra desiderium ultionis remedium, exemplum Christi, IV, 142, *v.* 161.

Ulyssis virtutis laus, IV, 18, *v.* 401 *et seqq.* Ulysses accipit eloquentiam, remedium a Mercurio, *ibid.* 474, *v.* 196, etc. Ulysses eloquentia sibi venerationem conciliat, *ibid. v.* 208, etc.

Umbras tenere, proverbium, II, 370.

Umbra nihil est imbecillius, IV, 235, *v.* 1245.

Unctio, baptismi nomen, quare, II, 298. Unctio humanitatis Christi in eo posita est, quod fuerit divinitate delibutus, *ibid.* 116.

Ungendus Christus funebribus unguentis, II, 499.

Unguentum sacerdotale, I, 297. Unguentum in Christianorum festivitatibus adhibendum, sacerdotale et regium est, *ibid.* 206. Magni unguentarii arte confectum, ac pro nobis fusum, *ibid.*

Unguentorum infusiones a Christianis et piis viris ad gynæcea remissæ, I, 249.

Unguenti fragrantia odorem iis, quibus commixta est, communicat, IV, 494, *v.* 224, 225. Sordibus non inquinatur, *ibid.* 226, 227.

Unigenitus: cur nomen illud Filio Dei attributum, ii, 133.

Unio intima cum Deo monachis familiarissima, iv, 427, *v*. 45.

Unitas, id est, virginitas, angelicæ imago gloriæ, iv, 570, *carmen* XX, *v*. 3.

Unitas in Trinitate adorata, i, 233. *Vide* Trinitas. Unitas spiritus in vinculo pacis, legis et Prophetarum mysterium est seu caput, *ibid*. 527.

Urbes maritimæ necessariis rebus affluunt, quare, ii, 426.

Urbes extruere, quam laborantes delere honestius, iii, 196. Urbes perfugii homicidis dispositæ in lege veteri, iv, 293, *v*. 59.

Ursa per aëra incedens, et sedens ut judex, iii, 462, *v*. 628. Ursi ad ferrum jubar arrigunt, iv, 46, *v*. 15. In ursam aliquando et in serpentem, relicto leone incurrimus, *ibid*. 183, *v*. 616.

Ursi vellet Gregorius frui charitate, sed importunitatis notam subire timet, iv, 308.

Usura et fœnus terram contaminant, i, 378.

Uter clausus musto effervescit, iv, 222, *v*. 848.

Utilitas. Privatæ utilitatis cum publicis commodis conjunctam habere rationem perfectissimorum atque sapientissimorum est, ii, 8. Quidam ex priscis viris ad publicam utilitatem divino beneficio concessi, ii, 404.

Uvæ seminaturæ pulchra descriptio, iv, 307, *v*. 41.

Uxore bona nihil melius, mala nihil pejus, i, 401. *Vide* Mulier.

Uxor et liberi magna commiserationis pignora, iii, 161. Uxori vir est vinculum, *ibid*. 456, *v*. 476. Uxor honoratum pondus, iv, 458, *v*. 46, 47. Uxor Deum primum, deinde virum debet venerari ac diligere, *ibid*. 479, *v*. 12 *et seqq*.

V

Vaccæ pro vitulis cura, iv, 456, 457, *v*. 6-15, *et* 466, *v*. 30.

Valens imperator, auri amantissimus, et Christi inimicissimus, ii, 224. Post Apostatam, non quidem apostata, sed nihilo melior Christianus, *ibid*. 367. Qualis persecutio ejus; quo animo expeditionem in Catholicos susceperit, *ibid*. 422. Hæc expeditio, barbarica, incursio animas subvertens, *ibid*. 423. Juliani Apostatæ persecutione acerbior, ii, 14. Prima Valentis certamina in orthodoxos, *ibid*. 435. Eorum commemoratio lacrymas movet, *ibid*. Gregorius senior ei obsistit, i, 430. Valens, Basilio episcopatum gerente, Cæsaream iterum venit, ii, 434. Quas cogitationes tunc animo volveret, *ibid*. Ejus cum Xerxe Persarum rege similitudo, *ibid*.

Valentis in Cæsarienses et in Basilium expeditio, ii, 436. Temporis illius certamina, insultus, pollicitationes, minæ, *ibid*. 435. Valens audita Modesti relatione qua se victum a Basilio fatebatur, ipse vincitur, et Basilio vim inferri vetat, *ibid*. 439. Mutationem tamen erubescit ferro similis, quod igni emollitum ferri naturam retinet, *ibid*. 440. Solemnitatis, in qua vertigine correptus est, elegans et magnifica descriptio, *ibid*. Rursus in Ecclesiam se confert, et Basilium Dei voce loquentem audit, *ibid*. 441. Hæc prima rerum in meliorem statum compositio, *ibid*. Valens filio ægrotante Basilium accessit, *ibid*. Non tamen incolumem recipit, quod Arianis simul credens salsam aquam dulci admisceat, *ibid*. Valentis aquæductus urbem Constantinopolim mediam intersecans, *ibid*. 202.

Valens imperator Nicomediæ octoginta presbyteros navi impositos in medio mari crudeliter exussit, ii, 511.

Valentinianum ne mulcta afficiat, sed ejus calamitati ferat opem, Neme-

sium rogat Gregorius, III, 267, etc. Illum objurgat quod adductis in suam viciniam fœminis, ipsum abscedere coëgerit, *ibid.* 278. Ut caste vivat, precatur, *ibid.*

VALENTINUS, Dei Hermaphroditi introductor, II, 144. Aliæ ejus fabulæ, *ibid.* Valentini Æones, *ibid.* 210.

Valentinus male perdendus qui iambos expuit, unde succenset Eudoxius rhetor, III, 235.

VALERIANUS imperator a Persis oppressus, I, 185.

VALETUDINIS cura et corporis infirmitas non leve ad philosophiam pondus habet juxta Platonem, III, 238.

VANITAS rerum humanarum, IV, 158.

VASA aurea et argentea ab Ægyptiis commodato etiamnum petenda, cur et quomodo, II, 495.

VATICINIA subterranea, II, 279.

VECTIGAL a Christo penditur, cum exigentium rex esset, II, 111.

VEHICULUM Dei hoc est, Cherubim, II, 75.

VELLE bonum divino auxilio indiget, II, 252. A Deo est, *ibid.*

Velle aliquid magnam ad fallendum vim habet, III, 312.

VELUM templi scissum in morte Christi, III, 388, *v.* 34.

VENALES animæ cum caduco quæstu salutem suam commutantes, I, 103.

VENATRIX dea, II, 400.

VENIA Dei beneficio et gratia concessa, quam diligenter conservanda, II, 331.

Veniam venia nobis comparare debemus, III, 114, 117.

VENTER acerbus quidam ac detestabilis dominus, malorum omnium parens, I, 175. Ad crassum vulgus abjicitur ab iis qui christianam paupertatem colunt, *ibid.* Qua ratione per baptismum sanctificandus, II, 336. Venter, juxta allegoriæ leges, anima vocatur, I, 282.

Ventris exquisita ingluvies, IV, 24, *v.* 589, etc. Ventris crassities obstruit subtilitatem mentis, *ibid.* 133, *v.* 35. Ventris petulantiam reprimit cibi parcitas, *ibid.* 282, *v.* 592, 593. Ventri claustrum imponendum, *ibid.* 371, *v.* 125. *Vide* GULA.

VENTILABRUM in Scriptura, purgationem significat, II, 288.

VENTRILOQUI, quinam ab Isaïa dicti, I, 48. Ventriloquorum signa, laudibus ab Ethnicis elata, *ibid.* 197. Ventriloqua Samuelem trahit, aut trahere videtur, *ibid.* 126.

VENTUM creare Deus dicitur, quo sensu, II, 125. Qua ventorum promptuaria? *ibid.* 85.

VENUS. Veneris meretricia mysteria, II, 278.

Venus. Venerem Ethnici vocarunt libidinem, ut vitia sua prætextu divinitatis colerent, IV, 32, *v.* 831.

VENUSTAS decora, quam habet natura, IV, 272, *v.* 299, 300.

VER non facit una hirundo, III, 484, *v.* 242, 243.

Ver post hyemis tristitiam dulcius, Sanctorum ab inordinata vivendi consuetudine conversorum imago, I, 529. Aliæ ejusdem generis comparationes, *ibid.* Veris amœnitates ad Encæniorum festum concurrentes, II, 478. Elegans earum descriptio, *ibid.*

VERBUM Filii Dei nomen, quare, 554. Verbum omnium artifex, rerumque nostrarum arbiter ac moderator, I, 180. Rerum omnium concinnator, II, 173. Cum Deus Angelos primum cogitavit, illa cogitatio opus erat quod verbo conficiebatur, II, 266. Verbi divini sola cogitatio, vel solus sermo, confectum opus repræsentat, II, 473. Verbum breviatum quid, *ibid.* 45. Verbum in incarnatione cracescit, *ibid.* 261. Secundum consortium nobiscum iniit, et quidem priori longe admirabilius, *ibid.* 270. Vox Verbi quam fortis ad suscitandum Lazarum, et peccatores ad vitam revocandos, *ibid.* 330. Qualia nunc Verbum a Sabellianis et Arianis patiatur, *ibid.* 502. Indignis formidolosum, piis ac rite præparatis accessibile, piis ac rite præparatis accessibile, *ibid.* 282.

VERBUM. Verbi prædicatio, primum pastoris munus, I, 41. Universalem scientiam postulat, *ibid.* In verbis cavenda celeritas, II, 185. Salutem nostram non in verbis potius quam in rebus consistere, *ibid.* 458. Mens quæ sensa sua verbis exprimere nequit, cui comparata, *ibid.* 406.

Verbum. Verbum æternum coævum Patri, III, 374, *v*. 13, etc. Verbum pari honore venerandum, ac Pater, *ibid.* 377, *carmen* XI, *v*. 1, 2. Verbum incarnatum pari honore venerandum, ac Verbum non incarnatum, *ibid. v*. 3, 4. Verbum Dei Filius et Deus, *ibid.* 400, *carmen* XXX, *v*. 17; 403, *carmen* XXXIII, *v*. 3. Æquale parenti, *ibid. carmen* XXX, *v*. 18, 19. Verbum Dei lumen ex lumine, *ibid.* 402, *v*. 2, 3. Verbum ex principio principium imago Patris cui et æquale est, IV, 185, *v*. 5. Verbi divinitatem et perfectiones exaltat Gregorius, *ibid.* 350, *carmen* XXXVIII, *v*. 5. Verbum mortalibus mixtum ut nos Deo misceat, III, 377, *carmen* XI, *v*. 7, 8. Verbum propriæ generationis auctor, *ibid.* 372, *v*. 66, 69. Verbum sublime mundi creator, *ibid.* 366, *v*. 55; 374, *v*. 14; 400, *v*. 16; 403, *v*. 16. A Verbo Dei mundi partus retectus, *ibid.* 351, *v*. 76. Ab eo divisi mundus angelicus et humanus, *ibid.* 352, *v*. 86. Omnia ab eo reguntur, *ibid.* 354, *v*. 35; IV, 361, *v*. 18, 19; 497, *v*. 302, 303. A Verbo rerum rationes non ignotæ, III, 357, *v*. 34; 370, *v*. 6. Hoc sapientiæ Verbi, ut omnia instabilia sint, nempe ut amore stabilium flagremus, IV, 53, *v*. 29, 30. Verbum est præses Verbi, *ibid.* 151, *v*. 157.

Veriani filia a marito vult discedere, III, 200, 201. Veriano auctor est Gregorius ut divortium minime confirmet legibus christianis contrarium, *ibid.* Ejus discessioni manus dare recusat, *ibid.* 201, 202. Ejus filiæ propter pudorem a parentibus incussum credere non vult, utpote quæ non satis libera iis verba, marito autem lacrymas tribuat, *ibid.*

Veritas quare, II, 134. Inter hæreses media incedit, I, 456. In radios ejus mentis aciem non intendere miserum, etiamsi sententia fluant, *ibid.* 467. Aliud pro veritate, aliud de veritate disputare, II, 92. Veritas rerum omnium fortissima, I, 516. Veritas unum est, mendacium multiplex, II, 134. Veritas odio vel amore plerumque surripi solet, I, 22. Veritati nihil anteponendum, *ibid.* 537. Veritatis igniculus post primam Valentis persecutionem relictus, II, 436. Veritatis compones, quinam, I, 47.

Veritas, quid? IV, 150, *v*. 146. Veritate nil fortius, III, 217. Metuendum est, ne verborum lenocinio. Veritas convellatur, *ibid.* 219. Duæ de eadem re contrariæ doctrinæ nequeunt esse veræ, *ibid.* 276. Veritatem omnibus dominari dicit Sapiens, IV, 223, *v*. 869. Veritatem plures non curant, *ibid.* 493, *v*. 206, 207. Veritatis via arcta, de qua exorbitantes cadunt in præcipitium, *ibid.* 506, *v*. 200.

Vernaculus. *Vide* Abraham.

Versus ex diversis auctoribus desumpti, IV, 17, *v*. 367.

Versutia est morum perversitas, IV, 148, *v*. 64.

Versutus homo qualis, IV, 287, *v*. 739.

Vertigine laboranti terra movetur dum aliis fixa et stabilis est, I, 503. Ad eumdem nos quoque modum ob inimicitiam facile decipimur, *ibid.*

Vespæ pro tenera prole sollicitudo, IV, 457, *v*. 23; 467, *v*. 30.

Vesperus. *Vide* Hesperus *et* Lucifer.

Vestimentum. *Vide* Habitus.

Vestis candidæ gestatio in pervigilio Paschæ, II, 483. Vestis splendidæ sordes manifestiores sunt, *ibid.* 251. Hinc diaboli conatus ut puriores animas commaculet, *ibid.*

Vestitus. Modum quemdam ac decorum in vestitu tenendum esse, II, 49.

Vetus Adam, totus in baptismo sepultus, II, 288.

Vexillum labarum, cur apud Latinos ita vocatum, I, 132. A Juliano Apostata sublatum, *ibid.* Vexillorum Romanorum descriptio, *ibid.*

Via nomen Christo attributum, quare, II, 135. Via ad cœlum una est, eaque angusta, quare, *ibid.* 52. Argumentum inde petitum ad revincendam Eunomii loquacitatem, *ibid.* Via trita salutis quænam, *ibid.* 189. Via ad salutem multiplex, *ibid.* 195. Via media et regia, ea est qua virtus incedit, *ibid.* 378.

Via lata et facilis improborum bonorum vero prærupta, III, 427, *v*. 467. Via vitæ non una omnibus, IV, 470, *v*. 116.

Prima est lata, multorum vestigiis trita, et ducit ad Tartarum, *ibid. v*. 123, etc. Secunda est arcta, a paucis trita;



angusta est et ad cœlum ducit, *ibid.* 471, *v.* 128. Tertia quæ media est nec multum laboriosa et gloriosa mediam habet mercedem, *ibid.* 471, *v.* 134, etc. Viam latam sequuntur omnes mali, *ibid.* *v.* 138, etc. Viam bonam sequuntur quorum vita non est in terra, *ibid.* *v.* 144, etc. Tertiam vitæ viam tenet, qui contraxit matrimonium, et variis curis vitæ distractus se totum pietati dare non potest, *ibid.* 472, *v.* 154. Via veritatis arcta est, *ibid.* 506, *v.* 200. Via media tenenda est, *ibid.* *v.* 208.

VIATORIS in manus prædonum incidentis parabola, III, 393, *v.* 5, 6; 397, *v.* 75.

VICINI pravi septuplum in sinum suum recipientes, II, 348.

VICTIMA, quantum ad primam naturam immactabilis, et totius mundi nunquam intermoritura expiatio, Christus, II, 487. Victima prompta et alacris, atque ad cædem properans, Isaac, *ibid.* 460. Juliani imperatoris victimæ tam apertæ quam occultæ, I, 197. Futurorum præsensio ex victimarum incisione a Magis introducta, II, 279.

VICTIMARIUS, nomen Juliano Apostatæ inditum, I, 140.

VICTORIA non pugnantium, II, 252. Sed Dei est victoriam afferre, et incolumem scapham ad portum ducere, *ibid.* Victoria. *Vide* ATHLETÆ.

VICTOREM laudans Gregorius eum adhortatur, ut ad extinguendum Ecclesiæ conflagrantis incendium se accingat, III, 186. Eidem Hyperechim commendat, *ibid.*

VIDUA ad sacram mensam confugiens a Basilio Magno defenditur, II, 443. Viduæ minuta duo, a Domino accepta, I, 302. Viduæ Sarephtanæ filius vitæ redditus, II, 349. Viduæ juvenes a matrimonio non arcendæ, *ibid.* 292.

Viduam fontibus olei a creditoribus liberat Elysæus, III, 381, *v.* 19, 20.

Viduæ impensius efflagitantis parabola, III, 393, *carmen* XXVI, *v.* 19; 397, *v.* 94, 95.

VIGILIA, quo sensu Deo attributa, II, 155.

Vigiliæ sacræ, IV, 385, *v.* 41.

VILLICI infidelis parabola, III, 393, *v.* 17.

VINCERE. Vinci nos sinamus, ut vincamus, I, 511. Idque ferunt palæstræ leges, *ibid.* Vinci aliquando præstat quam vincere, *ibid.* 77. Vincit philosophus eo ipso quod vinci se patitur, II, 38. Vincat semper quod omnibus profuturum est, I, 301.

Vincere. Vinci honeste, quam male vincere, Spiritui obsistendo potius habendum est, III, 121; IV, 142, *v.* 149. In mala pugna qui vincit inferior est, *ibid.* 78, *v.* 144. Vincere in omnibus nequaquam gloriosum est, IV, 250, *v.* 1656.

VINCULUM et electionem tollere, apud Isaïam, quid sit, I, 412.

Vincula spiritus tenacissima, I, 284.

VINDICTA, satis magna est homini probo ac moderato, cum is qui injuriam intulit metu concutitur, et conscientiæ propriæ cruciatu afficitur, I, 207.

VINEA ex Ægypto, hoc est ex impia et caliginosa ignorantia translata, I, 199. Fidei pulchritudine magnitudineque aucta, *ibid.* Terram universam aperuit, ac supra montes et cedros assurrexit, II, 432. Sub Juliano imperatore maceria nudata, et viatoribus agrestique apro objecta, I, 199. Sub arianis principibus a diabolo labefactata et perturbata, *ibid.*

Vinea vera atque a bono agricola optime purgata, in amaritudinem versa est, I, 216. Vinea in quam operarii, ex Christi parabola, mittuntur, Ecclesiam significat, II, 314. Vinea Naboth per Jezabelem Achabo tradita, *ibid.* 225.

Vineam maceria effracta omnes crudeliter vindemiant, IV, 167, *v.* 189.


VINUM exoticum ad vinum patrium velut tyrannus accedens, I, 322. *Vide* TYRANNUS.

Vinum cum consilio bibendum docet Salomon, III, 240. Vinum immoderatum et luxuriosum, IV, 133, *v.* 33, 34. Vinum libidinem excitat, *ibid.* 135, *v.* 105, 106. Vinum compotator dixit omnibus dominari, *ibid.* 223, *v.* 868.

VIOLENTIA nolentes persuadet et cogit etiam gigantes, IV, 136, *v.* 135, 136.

VIPERÆ virus, ut differt ab improbitate fraterna, II, 193.

Viperæ semen sæpe mortem infert, IV, 139, *v.* 50. Viperinus fœtus ventrem matris corrodit, *ibid.* 470, *v.* 112, 113.



VIR adulter nulli supplicio obnoxius est, mulier autem adulterii piaculo constringitur, II, 245. lege haudquaquam probanda, *ibid.* Viri erant qui eam sanxerunt, ac propterea adversus mulieres lata est, *ibid.* Unus viri et mulieris Creator; pulvis unus uterque, lex una, etc. *ibid.* Æque ex viro et muliere procreati sumus, *ibid.* 246. Alia ejusdem argumenti, *ibid.* Viri et mulieris officia mutua, *ibid.*

Vir est uxori vinculum, III, 456, *v.* 476. Viri mulierum eas quas rident facies honore prosequuntur, IV, 118, *v.* 149, 150. Virorum et mulierum discrepant oblectamenta, *ibid.* 139, *v.* 72.

VIRGÆ et baculi discrimina, apud Theologum, I, 414.

Virga instruit cor, IV, 134, *v.* 74.

VIRGINITAS, magna res est. Quæ casta est, a mundo penitus abscindit, I, 442. Virginitas, angelicum vitæ genus, II, 249. Unde lædatur, *ibid.* Oculus lascivus et impudicus virginitatem minime servat, *ibid.* Procreatio, incarnatione Verbi, virginitati admixta, *ibid.* 286. Mulieres virginitatem colant, ut Christi matres sint, *ibid.* 260. Etsi honoratior est virginitas, non ideo turpe et ignominiosum est matrimonium, *ibid.* 312.

Virginitatis laus, III, 409, *v.* 1; 475, *v.* 1. Virginitas est præstantissimum vitæ humanæ donum, *ibid.* 409, *v.* 3. Cum Angelis juncta, *ibid.* 410, *v.* 51. Virginitas primo in paucis visa sub lege post Christum natum ex Virgine illuxit splendida, *ibid.* 417, *v.* 189; 466, *v.* 22. Tantum virginitas præstat nuptiis quantum anima præstat corpori, *ibid.* *v.* 205, 206. Virginitatis pulchra descriptio, *ibid.* 422, *v.* 342. Virginitas Dei donum, *ibid.* 423, *v.* 353. Nihil illi curæ quam Deum amare et ad ipsum tendere, *ibid.* *v.* 355 *et seqq.* etc. Virginitas conjugio melior, *ibid.* 471, *v.* 3, etc.; 485, *v.* 245; IV, 56, *v.* 41, 42; *ibid.* 568, *v.* 14. Unde præstat nuptiis virginitas, III, 430, *v.* 520. Nihil inter Christum et carnem partitur, *ibid.* *v.* 537. Sobole filiis meliore efflorescit, *ibid.* 430, 431, *v.* 540, 541. Virginitas abjecto mundo Christo adhæret, nec alio oculos conjicit, sed dulci vinculo hujus pulchritudinis cupida constringitur, *ibid.* 431, *v.* 565. Virginitas pro parentibus habet eos a quibus edocta est virtutem: pro filiis quos ipsa docuit, pro sponso quo afflicta gaudet qui cœlibes præcipue complectitur Christum, *ibid.* 433, *v.* 596. Mensa, potus, esca, vestes, ornatus cubile ejus qui colit virginitatem, *ibid.* *v.* 609. Virginitatis pars melior et vita altius protrahit ad Deum in cœlo regnantem, *ibid.* 435, *v.* 655. A virginitate deterrere non debet si quis ei forte maculam inusserit, *ibid.* *v.* 656; 472, *v.* 14. Virginitatis victoria et victoria conjugii ex quo nascantur virgines, *ibid.* 437, *v.* 687. Virginitas et conjugium aliquando desciscunt a se ipsis et mentiuntur, *ibid.* *v.* 709, etc. Virginitas vincit conjugium, *ibid.* *v.* 720, etc. Quanto virginitas præstat conjugio, tanto virginitati ancipiti castum conjugium, *ibid.* 454, *v.* 411. Appetentium virginitatem animus explorandus, *ibid.* 457, *v.* 480. Virginitas sit undique munita, *ibid.* 463, *v.* 653. Virginitati opprobrium infundere non fas est, *ibid.* 458, *v.* 508. Margarita, lucifer, columba, oliva, lilium, tranquillitas in mari dicitur virginitas, *ibid.* 464, *v.* 655. Virginitas vitæ angelicæ imago, *ibid.* 466, *v.* 6. Plurima virginitatis pharmaca, *ibid.* 467, *v.* 38. Virginitati Christus curæ est, *ibid.* 471, *v.* 8. Virginitas beata, IV, 55, *v.* 9, 10.

Virginitatis cultor Gregorius, III, 487, *v.* 47, etc. Virginitatis amore accenditur Gregorius mirifica visione, IV, 373, *v.* 201, 202; 374, *v.* 229; 423, *carmen* XCII, *v.* 5, 6.

Virginitatis imago qualis Gregorio apparet et quid illi declarat, III, 487.

VIRGO Maria, Deipara, II, 95. *Vide* MARIA.

VIRGO Deo conjuncta, aquæ præter naturam sursum elatæ comparata, II, 250. Quo purior cernitur eo enixius a maligno impugnata, *ibid.* 251. Virgini cavendum ne cum materia matrimonio jungatur, etiam in cœlibatu perstans, *ibid.* 249. Alia virginum officia, *ibid.* Virginis libertati quæ consuetudo contraria; quod genus familiaritatis Gregorius in virgine detestatur, *ibid.* 477. Virgo crudelis, Diana, *ibid.* 279.

Virgines et conjugatæ unum sint in Domino, mutuumque aliæ aliarum ornamentum, II, 249. Qua id ratione fieri possit, *ibid.* Virginum et conjugatorum varia in Deum officia, *ibid.* 476. Cœnobia virginibus a Basilio Magno constructa, et præcepta litteris mandata, *ibid.* 450. Virginum pudor ab Arianis probro affectus, *ibid.* 436. Virgines Alexandrinæ, quibus contumeliis ab Arianis affectæ, *ibid.* 199. Cædes hoc probro tolerabiliores, *ibid.* Virgines sacræ immanissime ab Arethusiis habitæ, sub Juliano imperatore, I, 148. *Vide* Arethusii. Virginum imprudentum quæ calamitas, cum, aliis in sponsi cubiculum introductis ipsæ ab ingressu arcebuntur, II, 343.

Virgo prima Trinitas, III, 410, *v.* 20. Virgines Deus et Angeli, *ibid.* 471, *v.* 5. Virgo Dei sponsa, IV, 125, *v.* 315, 316. Christus virginis sponsus, ipsius castitatis zelotypus, *ibid.* 468, *v.* 68. Virgo plus est quam vidua, *ibid.* 441, 442, *v.* 75 *et seqq.*

Virgo oculis, auribus et lingua virgo esse debet, III, 441, *v.* 74, etc. Virgo sit palam et occulte, IV, 569, *carmen* XVIII, *v.* 1. Silentium virginem decet, III, 442, *v.* 80. Sericas vestes auro textas et alia ornamenta virgines his debent relinquere, quæ pictos vultus ostentant, turpia simulacra lasciviæ monumenta et tacita argumenta, *ibid. v.* 83. Virginis modestia, *ibid.* 442, *v.* 93. Virorum contubernia sunt virgini fugienda, maxime introductorum, *ibid. v.* 96; 470, *carmen* IV, *v.* 2, 3 *et* 15; 473, *v.* 40. Ficta ea de re excusatio proditur et exploditur, III, 443, *v.* 125, etc. Virginem cum parentibus degere nulla invidia, *ibid.* 448, *v.* 241. Ne glorietur virgo de virginitate si cor aliis affectibus aperiat, *ibid. v.* 255. Cavendæ virginibus vel leves noxæ, *ibid. v.* 272, etc. Vinum virginibus probrum, *ibid. v.* 297. Ira, ebrietas et dæmon virginibus idem sunt, *ibid.* 472, *v.* 37. Virginem cavere decet, et a sordidis vestibus, quibus aliquid mali inesse potest, *ibid.* 448, *v.* 299. Pauca virgo loquatur vel de Deo, *ibid.* 450, *v.* 306. Radius, lana, sacrorum librorum meditatio, cantica divina curæ sint virgini, *ibid.* 451, *v.* 320, etc. Alienos thalamos, domos, mensas, tumultus, adulationes fugiat, *ibid. v.* 325. Ponat ipsi hospitalitati modos, *ibid. v.* 332. Canitiem veneretur, sed vitet juvenes, *ibid. v.* 339. Veneretur imprimis Deum et sacerdotem, vitæ suæ ducem, *ibid.* 452, *v.* 346, etc. Rebus omnibus mortua sit, *ibid. v.* 350. Hæc laude digna, quam viri non norunt, norit autem solus Deus, *ibid. v.* 353, 354. Pietatem colat humilis, *ibid. v.* 355, etc. Charitatem sine invidia servet, providentiæ submissa, *ibid. v.* 358, etc. Ultima omnia respiciat, *ibid. v.* 362. Virgines præcepta audiant nec ea contemnant, ut filii Heli, *ibid.* 454, *v.* 402. Nuptis Christi timor, amor autem innuptis, *ibid.* 456, *v.* 477. Virgo ornatum omnem, et quæcumque vitæ grata abjiciat in solo Christo consistat, et eum in suum cubiculum introducat, *ibid.* 464, *v.* 658. Virgo semper habeat Christum adjutorem et sponsum, IV, 466, *carmen* XI, *v.* 1 *et seqq.*

Virgo a quo cavere, et quid agere debeat, III, 468, *v.* 49; 470, *carmen* IV, *v.* 1, etc.; 472, *carmen* VI, *v.* 26. Virgini una sit cura ad Deum semper respicere, *ibid.* 469, *v.* 79. Virgo sicut rosa in spinis versatur, *ibid. v.* 70. Virginibus vigilandum, *ibid.* 470, *v.* 97. Casta sit oculis, *ibid.* 471, *carmen* IV, *v.* 1, 2. Infamiam vitet, *ibid. v.* 5, etc. Linguas improborum devitet, IV, 565, *carmen* XI, *v.* 4; 568, *v.* 4; 569, *carmen* XV, *v.* 7, etc. Virgo Angelis coæquata non vitam suam contumelia afficiat, *ibid. carmen* XVII, *v.* 1 *et seqq.* Virgines dent omnia Deo, *ibid.* 130, *v.* 35, 36. Quomodo virginem Christus sit excepturus, III, 464, *v.* 666.

Virgo non tam connubium quærit, quam suis remedium malis, III, 448, *v.* 259, etc. Virginitatis cupidæ ad nubendum cogendæ non sunt virgines, *ibid.* 456, *v.* 457. Cupida viri a nuptiis non prohibenda, nec Deo adhærens in viri domum compellenda, *ibid. v.* 478, 479.

Virgines Deo sacræ. Earum vivendi ratio, IV, 434, *v.* 225. Gregorii sunt gregis decus et lumen clarissimum, *ibid. v.* 229, 230. His mens excelsa, virili animo Evam a se projecerunt; cilicio vestiuntur, preces, gemitus, lacrymas,

vigilias amant infirmitatis oblitæ, *ibid.* *v.* 233. Animi robur fœminas viris æquales reddit, ut sapientia ita et corpore, *ibid.* 435, *v.* 245, 246. Virgines e cœlo Christum deduxerunt ex Virgine natum, et ex tumulo exilientem fœminæ primæ viderunt, *ibid.* *v.* 247. Multæ virgines in universa terra, tempore Gregorii aut in sodalitio vivebant, aut parentibus ægrotis assidebant, commune vitæ cœlestis desiderium profitentes, *ibid.* *v.* 255. Quantum crimen virginis quæ ad nuptias convolat, *ibid.* 454, *v.* 420, etc. Virgines et fœminas Deo consecratas rapere quam grave et acerbum, III, 282.

Virgines. Apud Assyrios olim virgines maturæ viro, in publicum productæ, singulis annis venales iis proponebantur, qui uxores ducere vellent : primo pulcherrimæ quæque vendebantur, et ea pecunia, quæ ex pulchrioribus venditis collecta fuerat, aliæ connubio locabantur, IV, 699.

Virgines tres filias suas Leos Orphei filius, ut Atticam universam gravissima fame levaret, mactandas tradidit, quod hoc unum depellendo morbo remedium oraculo ostensum esset. In cujus beneficii memoriam monumentum ab Atheniensibus erectum est quod *Leochorium* appellarunt, IV, 699.

Virgines e tectis aurem inclinantes, cum prædicaret Gregorius, IV, 306, *v.* 19, 20.

Virginum parabola, III, 392, *carmen* XXIV, *v.* 16 ; 396, *v.* 51 ; 453, *v.* 378.

Virtus. Virtus, unica ad Deum via, licet in partes divisa, II, 52. A Deo hominibus fluit, I, 465. Cum invido spiritu in Job decertavit, quibus de causis, *ibid.* 479. Instabilis est, si honestum alterius causa sectemur, II, 236. Virtutem mercedis expertem esse oportet, ut virtus maneat, nihil sibi præter bonum ipsum proponens, *ibid.* 375. Virtutis cultus ad vitii fugam adjungendus, quare, *ibid.* 283. Eodem in vitio sunt, promptitudo ad vitium, et segnities ad virtutem, *ibid.* 320.

Virtus, Christianis et Infidelibus venerationi est, I, 539. Is quondam rerum status erat, ut non minus virtute quam graduum dignitate honoris præstantia censeretur, *ibid.* 475. Virtutis incrementum probis et honestis ex dicendi facultate, *ibid.* 112. Virtutis adeptio rara et ardua, quamlibet etiam multa sint quæ nos ad eam trahant et invitent, *ibid.* 28. Lex virtutis est Christianis, ne levissimis quidem vitiis succumbere, *ibid.* 175. Non in virtute proficere, in vitio positum est apud Christianos, *ibid.* 176. Incrementa virtutis appetenda quoadusque ad finem pervenerimus, ad quem creati sumus, *ibid.* Philosophorum de virtute opiniones, *ibid.* 120.

Virtutes in media et regia via sitæ, II, 378. Multarum virtutum enumeratio et commendatio, ab exemplis Sanctorum, I, 309. Inter eas illam quæ cæteras vincat invenire, haud admodum promptum et facile est, *ibid.* 308. Harum unaquæque, una quædam salutis via est, *ibid.* 311. Qui eas excolit, hoc agat ut gradiatur atque alterius progredi studeat, et Christi vestigiis insistat, *ibid.*

Virtus, quid ? IV, 147, *v.* 49. Virtuti nil anteponendum, *ibid.* 93, *v.* 6. Nullum Deo gratius donum quam virtus, *ibid.* 138, *v.* 25. Virtus vera nobilitas, *ibid.* 142, *v.* 141. Nihil eximium præter virtutem, *ibid.* 493, *v.* 210. In virtutis laude omnes consentiunt, *ibid.* 11, *v.* 209, etc. Virtus male dicitur pecuniæ pedisequa, *ibid.* 17, *v.* 393. Virtus non expenditur, III, 23. Virtus nonnullos in altum collocat, *ibid.* 212. Virtus una lætitia, *ibid.* 224. Virtutis præmium est Deum fieri, *ibid.* 239. Cum virtute vincere, liceat vitio superari, aut etiam superare, non est sapientia, III, 255. Virtutis cultum amplecti debet is, cui satis ad victum sunt amplæ facultates, *ibid.* 256. Virtutes Sanctorum vitam nostram informare debent, *ibid.* 319. Virtus et vitium vicina sunt, *ibid.* 394, *v.* 13, 14. Virtus ærumnis ut rosa spinis obsepta, *ibid.* 446, *v.* 208, 209. Virtutes viris et mulieribus communes, *ibid.* 463, *v.* 648. Nulla hominis virtus ab omni labe pura, *ibid.* 485, *v.* 4. Quomodo ad summum virtutis culmen perveniatur, quæ sola puro Deo pura est hostia, quod in vita non contingit, *ibid.* 489, *v.* 85. Non Dei duntaxat donum est virtus, sed curæ hominis ; nec solum voluntatis hominis, sed magnæ Dei potentiæ, *ibid.* *v.* 90.

Par quoddam malum virtutis spem abjicere, vel nimiam habere fiduciam, tanquam facile sit esse optimum, *ibid.* 490, *v.* 118. In via virtutis ne subsistas, IV, 129, *v.* 17, 18. Paulatim in virtute progrediendum est, *ibid.* 138, *v.* 37. In virtutis certamine fugienda confidentia nimia et desperatio, *ibid.* 138, *v.* 41. Virtus suspecta ex præteritis moribus, *ibid.* 276, *v.* 429. Virtutem quicumque honorat, ad virtutis studium accendit, *ibid.* 437, *v.* 313, 314. Pauci tendunt ad virtutem, *ibid.* 490, *v.* 155. Virtus sectanda ut post mortem beata vita reperiatur, *ibid.* 560, *v.* 2, 3.

VIS Gregorio illata, ut Ecclesiæ curam susciperet, I, 298. Vi et coacte gubernari legis nostræ non est, *ibid.* 301.

Vires. Extremæ miseriæ est, non propriis viribus, sed aliorum imbecillitate niti atque confidere, I, 523. Piorum est functiones suas viribus propriis metiri, et eas repudiare quæ vires superant, *ibid.* 300.

VISCERIBUS paternis qui incitatur uti patientia nequit, III, 282.

VISIBILIBUS (ex) invisibilia homines intelligunt, IV, 487, *v.* 66.

VISIO Dei. Nullum est dubium quin Angeli Deum videant, eumque visuri sint homines, cum æternam beatitudinem adipiscentur, II, 506.

VITA humana a corruptione incipit, et in corruptionem desinit, I, 434. Mare vita nostra hæc est, II, 34. Nam hic quoque multum est amaritudinis et instabilitatis, *ibid.* Vitæ hujus finem exoptare bonum est, I, 38. Vita humana quam brevis, si cum divina et sempiterna natura comparetur, *ibid.* 251. Ex longiori vita quid lucri timendum, *ibid.* Ejusmodi vita nostra est, ut cum non simus nascamur, cum nati fuerimus rursus dissolvamur, *ibid.* Figuræ quibus Scriptura vitæ nostræ brevitatem ostendit, *ibid.*

Vita et mors sibi invicem succedunt, I, 434. Vitæ hujus commoda nonnunquam refundit Deus, ut de futuris fidem faciat, *ibid.* 392. Vita proba et honesta, prima sapientia est, *ibid.* 362. Certum vitæ genus sibi constituere tanti momenti res est, ut totius vitæ vel recte vel male traducendæ fundamentum in eo positum sit, II, 8. Curandum semper ut omnis vita nostra, omnisque studiorum et disciplinæ ratio innovetur, *ibid.* 475. Quibus operibus in novitate vitæ instituamur, *ibid.* Vitæ solitariæ cum vita communi comparatio, *ibid.* 9.

Vita corporis est et animæ connexio, quemadmodum mors est utriusque separatio, IV, 146, *v.* 25. Vita, inquit Plato, mortis meditatio debet esse, III, 49. Vita præsens exigua est, et nullius pretii, *ibid.* 116. Vitæ tempus dimicatio est, *ibid.* 225, 226. Vita tota est carbones pedibus, *ibid.* 453, *v.* 369. Vita peccatis molesta, IV, 40 *carmen* XIII, *v.* 7. Vita hæc mors est, *ibid.* 41, *v.* 41, 42. Vita pluribus malis et tenebris plena, *ibid.* 47, *v.* 51; 263, *v.* 49. Vita tractus infidus, *ibid.* *v.* 55, 56. Vita hæc velut objecto pulvere Christi lucem nobis adimit, *ibid.* 51, *v.* 137. Nullum vitæ genus ærumnarum expers, *ibid.* 52, *v.* 5, etc. Vita præsens pulvis et instabilitas, *ibid.* 57, *v.* 1, etc. Trocho similis, *ibid.* 58, *carmen* XIX, *v.* 1, etc. Non est aliud quam fumus aut somnium, aut flos, *ibid.* *v.* 8, 9. Vita præsens est instar nundinarum, *ibid.* 138, *v.* 33. Vitæ spinis ipsi justi punguntur, *ibid.* 162, *v.* 50. Vitæ incertissimæ magnum mare, Verbo duce, trajicimus, et scopulos effugimus, *ibid.* 182, *v.* 573. Vitæ humanæ vanitas, *ibid.* 335, *v.* 17. Vitæ humanæ finis quo evehit passio Christi, *ibid.* 367, *v.* 27. Vita præsens ærumnosa, sursum ad deorsum fertur velut Euripus, *ibid.* 407, *carmen* LXXVII, *v.* 1, etc. Vitæ fluctus quorsum evadat nemo novit, *ibid.* 442, *v.* 20, etc. Vitæ procella huc et illuc agitat cinerem omnibus infidum, *ibid.* 458, *v.* 53, 54. Breves sunt vitæ jucunditates, *ibid.* 486, *v.* 40. Vitæ finis incertus, *ibid.* 560, *v.* 1. Vita est herba marcescens, ficta felicitas, male impressum vestigium, *ibid.* 561, *v.* 10. Vita et mors nullum habent medium, *ibid.* 568, *carmen* XV, *v.* 2. Vitæ finis quomodo optandus, *ibid.* 361, *v.* 22; 407, *carmen* LXXVI, *v.* 1, *et carmen* LXXVII, *v.* 1; 421, *v.* 38.

Vitæ ratio quieta et a negotiis semota actuosæ vitæ splendore præstantior est, III, 183. Vitæ christianæ perfectio, IV, 34, *v.* 881. Vita ad Dei legem est exi-

genda, *ibid.* 140, *v.* 89. Vita solitaria, *ibid.* 55, *v.* 1, 2. Vita communis, *ibid.* *v.* 3, 4. Vitæ lucrum quotidie mori, *ibid.* 126, *v.* 2. Vitæ optimæ nil contrarium admittat, *ibid.* 133, *v.* 55, 56. Vita hominum duplex, alia immortalis et pura, alia pessima et infirma, *ibid.* 310, *v.* 11. Vita pura et ad vitam reditus a Christo est, *ibid.* 302, *v.* 38, 39. Non una vitæ via, *ibid.* 470, *v.* 116. Vitæ probitati eloquentia posthabenda, *ibid.* 477, *v.* 272. Vita pia sideribus splendet clarius, *ibid.* 511, *v.* 328. Vitam optimorum æmulari prudentis est viri, *ibid.* 460, *v.* 94, 95. Vitæ impiæ pœna, *ibid.* 9, *v.* 144. Vita improborum barathris est plena, *ibid.* 165, *v.* 137.

Vitam æternam capere exoptat Gregorius, IV, 407, *carmen* LXXVII, *v.* 4, 5.

VITALIS spiritus unde acceptus, II, 134.

VITALIANUM patrem leves ob causas filiis suis infensum ipsorum nomine placare nititur Gregorius, IV, 441, *v.* 1, etc. Vitalianus bonis parentibus ortus, *ibid.* *v.* 14. Deo charus, *ibid.* *v.* 15, 16. Odio erga filios suos suæ faber miseriæ, *ibid.* 442, *v.* 17. Omnia Vitaliano Deus dedit præter filiorum amorem, *ibid.* *v.* 34. Filiabus suis se patrem et suavem præbebat qui filios tam male habeat, *ibid.* 448, *v.* 163.

Defunctam filiorum invisorum matrem flebat, IV, *v.* 171. Multi consanguinei et vicini intererant nuptiis filiæ a quibus filii Vitaliani erant exclusi, *ibid.* *v.* 181. Vitaliani filiorum lamentatio, *ibid.* 449, *v.* 189. Nec filios, nec filias ipsas diligit Vitalianus, quas fert in manibus, quibus odium omnium parit, *ibid.* 450, *v.* 218. Vitalianus monita Gregorii, Bosporii, Amphilochii, etc., pro filiis aspernatur, *ibid.* *v.* 240. Vitaliani laus, *ibid.* 452, *v.* 268. Vitalianus filios oderat quia sibi erant merito inferiores, *ibid.* 455, *v.* 333.

VITALIANUS (Petrus) præcedentis filius ad patrem iratum Gregorii calamo scribit veniam modis omnibus implorans, IV, 441, *v.* 1 *et seqq.* Vitaliani filiorum lamentatio, *ibid.* 449, *v.* 190.

VITALIANUS (Phocas) præcedentis frater idem agit. *Vide* VITALIANUS *pater.*

VITALIUS postulante Damaso Romæ episcopo fidem suam litteris consignatam edit, III, 155. Ejus doctrinam primum probat, deinde repudiat Gregorius, quare, *ibid.* 157.

Vitalius honestate vitæ conspicuus et apostolicorum dogmatum alumnus, ab Apollinario tandem correptus est atque in hæresim pertractus, III, 512. Hunc Vitalium Apollinarius sectatoribus suis Antiochiæ præfecit, *ibid.*

VITIUM, subversio turbida, ac mentis ebrietas et error, I, 56. Per boni fugam contractum, II, 267. In proclivi est, etiam nullo trahente, I, 503. Vitium in promptu est, et facilis ad malum cursus, *ibid.* 513. Eodem in vitio sunt promptitudo ad vitium, et segnities ad virtutem, II, 320. Vitii stimulus improbis et flagitiosis, ex dicendi facultate, I, 112. Vitii magnus sophista diabolus, II, 304. Vitii mensura per duplum impleta, I, 365.

Vitia ipsa pro diis a Gentilibus habita, aut certe sub deorum nomine culta, II, 71. Vitia virtutibus vicina esse, non male cogitatum, *ibid.* 453. Hinc vitii nomen virtuti ab imperitis inditum, *ibid.* 452.

Vitium quid, IV, 147, *v.* 50. Qui a vitio liber est ad suspicandum vitium segnior esse consuevit, III, 61. Ne quid unquam in vitio parvum ducas, cavendo deteriora vitabis, *ibid.* 449, *v.* 272. Optimus qui paucioribus vitiis obnoxius est, *ibid.* 488, *v.* 74, etc. Vitii vel exigua remissio non parvi æstimanda, IV, 74, *v.* 28. Nil præter vitium, *ibid.* 89, *v.* 446; 493, *v.* 209, 210. Vitium cæcitatem oculis affert, *ibid.* 118, *v.* 148. Facilis ad vitium cursus, *ibid.* 119, *v.* 176. Vitia non celanda, *ibid.* 129, *v.* 21, 22. Vitiis omnibus quidam dediti, *ibid.* 162, *v.* 38. Vitium est circumpositum et late fusum, et regnum ejus inevitabile, *ibid.* 389, *v.* 25, etc. Vitiis primo minimis diabolus nostris pectoribus illabitur, deinde ad majora impellit, *ibid.* 391, *v.* 10. Vitiis ipsis Gentiles sacra instituerunt, ut non solum impunitum, sed laudabile sit vitium, *ibid.* 488, *v.* 99, etc. Maxima pars hominum ad vitium prona, *ibid.* 490, *v.* 154, 155. Vitiorum remedia, *ibid.* 143, *v.* 165.

VITULUS ex alvo matris exilit et

saltat, iv, 46, *v.* 7, 8. *Vide* Apis, Memphis.

Vituperatio, nullam auctoritatem habet, si ex animi improbitate fiat, i, 514.

Viventium Deus est, non mortuorum, i, 465.

Vivere. Deo vivunt omnes qui secundum Deum vixerunt, etiamsi ex hac vita migrarint, i, 465.

Vocabulis non dissidendum, quando syllabæ ad eamdem sententiam ferunt, ii, 284.

Vocare. Quo vocatus est, in eo gradu quisque maneat, i, 444. Deo ad ministerium vocante, Sancti, alii quidem repugnant, ministerium extimescentes, alii prompte obediunt, vocantis ope confisi, i, 82.

Vocationi divinæ statim obtemperandum, ii, 320.

Vocatores. Per *vocatores* Gregorius intelligit eos, qui apud divites hoc munere funguntur, ut heri nomine ad epulas certos homines invitent, iii, 531.

Volens. *Non est volentis neque currentis*, quomodo intelligendum, ii, 252.

Volucrum in elaborandis nidis solertia, ii, 81.

Voluntarium. Quod voluntarium non est, nec diuturnum est, ii, 158. Quod autem voluntarium est, tum diuturnius est, tum certius, *ibid.*

Voluntas et electio eorum quæ recta sunt divinum quoddam beneficium est, atque a Dei benignitate dimanans, ii, 252. Voluntatis munificentia opum et copiarum oblatione præstantior, *ibid.* 372. Voluntas una eademque in Trinitate agnoscenda, i, 457. An Deus Pater Filium voluntate genuerit, ii, 97. Voluntas Dei, actio est, i, 460. Perfecta est actio, *ibid.* 372.

Voluntas, quid, iv, 146, *v.* 35. Voluntas non tuta judicandi regula, *ibid.* 193, *v.* 5. Voluntati Deus dat gratiam; dat enim velle et perficere, *ibid.* 411, *v.* 25.

Voluptas summum Epicureis bonum, i, 136. Ventri voluptates, canis rabidus et lanians, *ibid.* 268.

Voluptatis non tantum affert res jucunda cum adest, quantum mœroris, cum abscedit, iii, 214. Voluptatibus Deus asperitates nectit, *ibid.* Nulla mundi voluptas pura, iv, 42, *v.* 55, etc. Voluptates vitæ extenuat Gregorius, *ibid.* 48, *v.* 67, etc. Illas aliis libenter relinquit, *ibid.* 50, *v.* 119. Voluptas proclivis voluptati indulgentibus, *ibid.* 134, *v.* 85, 86. Voluptatibus omnibus indulgentem mox aggrediuntur calamitates, *ibid.* 263, *v.* 60.

Vomitus, satietate excitatus, ii, 48. Ad vomitum suum redire, proverbium, i, 230.

Votiva dona Christianorum, sacrilega Ethnicorum manu direpta et profanata, sub Juliano imperatore, i, 201.

Votum quid? iv, 150, *v.* 140. Vota fideliter reddenda, *ibid.* 138, *v.* 29.

Vox, quomodo ad auditum perveniat, ii, 79. Minime committendum ne pro una voce retinenda, omnia perdantur, ii, 458. Ne Judæi quidem rejiciendi, si, pro *Christo* vocem uncti ad aliquod tempus sibi concedi postulantes, baptizari velint, *ibid.*

Voces mysticæ ac necessariæ a mulieribus in Ecclesia pronuntiari solitæ, i, 403. Voces quædam vocibus nostris præstantiores, ab Homero diis attributæ, *ibid.* 163.

Vulcanus deus Loripes, Martem corripit et constringit, i, 171. Utroque pede claudicans, at in deprehendendis adulteris celer, *ibid.* 203.

Vulgus. Vulgo fortasse ignoscendum si fraudem hæreticorum per errorem admiserit, i, 484.

Vulnerare. Qui vulneravit, ipse medebitur, iii, 224.

Vulpes, de qua in Canticis, versuta quædam anima fidei ancipitis et pro temporum varietate alia atque alia, ii, 58.

Vulpinam pellem prætexere, id est, quod astu rem gerere, leoninam autem prætendere, id est quod aperte vi grassari, iv, 735.

Vultures currunt circa cadavera, iv, 122, *v.* 242.

X

XANTHUS, vox qua dii Scamandrum fluvium vocant apud Homerum, I, 163.

XANXARIDIS thermis uti cogitur Gregorius, III, 177.

XENOCRATIS voracitas, I, 136. Xenocrates tamen ob frugalitatem commendatur, *ibid.*

Xenocratis continentia, IV, 30, *v.* 778.

XENOPHON unus e Socratis discipulis magistrum vindicat a scelere pœderastiæ, IV, 697.

XERXIS Persarum regis vesania cum expeditionem in Græciam faceret, II, 435.

Xerxis platanus aurea, III, 11.

Xerxes Persarum rex tantum habuisse fertur navium apparatum, ut Hellespontum totum operiret, ac ponte Asiam Europæ jungeret, III, 495.

XOLORUM tellus ubi Castorius sepelitur, IV, 555, *carmen* CXVIII, *v.* 1, 2. Eusebii et Basilissæ patria, *ibid.* 558, *carmen* CXXI, *v.* 1, 2.

Z

ZABULON patriarcha, III, 379, *carmen* XIII, *v.* 5.

ZACHÆUS, heri publicanus, hodie magnificus; ut imitandus, II, 327. Zachæi super sycomorum evectio quid significet, *ibid.* 282. Zachæi exemplo, qua ratione super sycomorum evehamur, I, 455. Zachæus publicanus, IV, 318, *v.* 93. Zachæus paupertate ditescit, dans munera pauperibus, *ibid.* 24, *v.* 576. Zachæus iis quos defraudaverat, plus restituit, *ibid.* 477, *v.* 457, 458.

ZACHARIAS, quid adversus malos sacerdotes contestetur, I, 57.

ZACHARIAS propheta. Ejus liber canonicus, III, 378, *v.* 24; IV, 509, *v.* 281.

ZACHARIAS : silentium ejus a Joanne in lucem edito solutum, I, 219. Zacharias, Joannis pater, non prius genuit filium quam absolvisset mysteria, III, 425, *v.* 418.

ZAMOLXIS Geticus, sagittam mittens per turbam, IV, 496, *v.* 274.

Zamolxis unicus Getarum deus erat, ad quem proficisci existimabant eos, qui e vita decederent, IV, 740. Nonnunquam etiam sorte ex vivis aliquot deligebant quos de rebus suis Zamolxidi nuntios mitterent; quos, post mandata quæ illi nuntiata cupiebant, in sublime jactatos, gladio excipiebant, atque ita interfectos recta ad Zamolxidem proficisci credebant, *ibid.* Zamolxin quidam putant Pythagoræ servum fuisse, qui quod Getas ad cultiorem vitam reduxisset, ab iis pro numine est habitus, *ibid.*

ZEBEDÆI filiorum grandiloquentia, II, 465. Zebedæi filiorum mater eorum quæ pro ipsis petebat modum ignoravit, *ibid.* 252. Digna tamen cui ob vim amoris erga filios ignosceretur, *ibid.*

ZELOTYPIA. Cum vis amoris transfertur in extraneum valde concupitum, zelotypiam appellabant veteres, IV, 148, *v.* 80, 81.

ZELUS, res laudabilis, modo intra fines suos consistat, I, 501. Moram non patitur, *ibid.* 527. Animi acrimonia, cum

ad pietatem accesserit, zelum parit, II, 7. Zelus autem fidæi præsidium est, *ibid.* Zeli, charitatis et spei comparatio, I, 512.

Zelus pulchra res est, testis Phinees qui Madianitidem una cum Israëlita gladio trajecit, ut filios Israël a probro et infamia vindicaret, I, 310.

Zelus, quid? IV, 148, *v.* 79. Zeli armatura, iracundia moderate spirans, IV, 86, *v.* 362.

Zenon, Stoïcorum magister, II, 53. Fortunæ gratias agit, quare, I, 136.

Zenon philosophus, cum navis tempestate jactaretur, atque merces in mare projicerentur, Fortunæ gratias agebat, ut quæ eum ad pallium compulisset, I, 553.

Zeuxippus nova Jerusalem a Gregorio appellatus, II, 203. Interpretum hac de re opiniones, *ibid.*

Zeuxis, pictor sua ætate maximus, II, 81.

Zeuxis celeber pictor, IV, 287, *v.* 741.

Zizania nobis dormientibus superseminatum, I, 448. Zizaniarum sator Georgius Alexandrinæ sedis invasor, *ibid.* 481.

Zizaniorum parabola, III, 392, *carmen* XXIV, *v.* 4; 392, *carmen* XXV, *v.* 3.

Zizaniorum sator malorum, et invidus inimicus, III, 453, *v.* 377; 394, *v.* 7.

Zona lumbos restringens, carnis mortificatio, II, 493. Zona militaris in Job et in Davide, quid significet, *ibid.*

Zopyri erga Cyrum in Babylonis obsidione facinus, I, 187.

Zorobabel : lapis ejus septem oculis ornatus, II, 348.

INDEX

RERUM ET VERBORUM

QUÆ CONTINENTUR IN TRAGOEDIA

TOM. IV.

A

ADAMUS uxoris persuasione deceptus, 605, *v.* 8; 624, *v.* 575, etc. Per fraudem serpentis ab horto expulsus, 661, *v.* 1644, etc.

ANGELUS primus Deiparæ apparens supra lapidem sepulcri, 675, *v.* 2052, etc. Angelus secundus sedens ad dexteram tumuli, manifestat Christi resurrectionem, 678, *v.* 2122.

AQUA fluit cum sanguine e latere Christi, 641, *v.* 1079, *v.* 1102; 644, *v.* 1211.

ARABUM felices populi, 659, *v.* 1586, 1587.

ARCANUM hosti nemo detegit, 679, *v.* 2164.

ASIAM ad salsum mare Græcis et Barbaris simul jacere aiunt, 659, *v.* 1589, 1590.

AVARITIA omnium malorum radix, 616, *v.* 328.

B

BACTRIANORUM muri, 659, *v.* 1586.

BARRABAS scelestus dimittitur, 619, *v.* 401.

BEATUS est nemo lege naturæ, 639, *v.* 1016.

C

CALAMITATES leviter ferendæ, 640, *v.* 1030.

CANÆ nuptiæ, 620, *v.* 456, 457.

CHRISTIANORUM effigies, 664, *v.* 1738, etc.

CHRISTUS patiens, tragœdia Gregorio non rite ascripta, 599 *in monito.* nec Apollinario, *ibid.* probabilius autem Gregorio Antiochensi episcopo, *ibid.* Euripidis more scripta, 603, *v.* 3. Christi immaculata nativitas, *ibid.* *v.* 6. *Vide* MARIÆ VIRGINITAS. Christi ultima cœna, 610, *v.* 153, etc. Discipulorum pedes abluit, *ibid.* *v.* 155. Egreditur in montem Olivarum, *ibid.* *v.* 157. Christo in horto oranti male tribuitur vox alibi facta : Et glorificavi et iterum glorificabo, *ibid.* *v.* 161. A Juda osculo traditus, 611, *v.* 173, etc.; 614, *v.* 267, etc.; 629, *v.* 708, etc., A discipulis derelinquitur, *ibid.* *v.* 185. A Petro negatur, 611, *v.* 186. Furori Judæorum exponitur, 617, *v.* 341, etc. Coram Pilato interrogatur, 618, *v.* 392, etc. Barrabæ postponitur, 619, *v.* 400, etc. Pilatus hunc plebis clamoribus concedit, *ibid.* *v.* 405. Extra portam trahitur, *ibid.* *v.* 415, etc. In lithostrotos crucifixus dicitur, 627, *v.* 657, etc. Supponitur arundine caput percussus, postea quam cruci affixus est, 628, *v.*

667, 668. Felle potatur, *ibid.* *v.* 669, 670. Varia astantium erga Crucifixum studia, *ibid.* *v.* 671. Innocens patitur, 629, *v.* 700. Mariam matrem Joanni, Joannem filium Mariæ assignat, 630, *v.* 727, etc. Suo exemplo Mariam ad patientiam hortatur, *ibid.* *v.* 730, etc. Alia Christi morientis ad matrem verba, 631, *v.* 761; 632, *v.* 796. Petro, matre postulante culpam remitit, 633, *v.* 820, etc. Matrem e medio inimicorum abire hortatur cuncta illi postulata concedens, *ibid.* *v.* 834. Clamans moritur, 634, *v.* 843. Mors Christi voluntaria, 633, *v.* 933; 634, *v.* 953; 662, *v.* 1664; 665, *v.* 1765; 666, *v.* 1718; 671, *v.* 1923; 674, *v.* 2006. Ejus mortis causa, 633, *v.* 934, 661, *v.* 1637. Christus tertia die debuit resurgere, 525, *v.* 587; 637, *v.* 954; 638, *v.* 979; 639, *v.* 1005; 660, *v.* 1622; 661, *v.* 1654. Miracula facta in ejus morte, 638, *v.* 993, etc.; 642, *v.* 1107, etc.; 646, *v.* 1202, etc.; 656, *v.* 1501, 1502. Ex ejus latere fluunt simul sanguis et aqua, 641, *v.* 1079; 642, *v.* 1102; 646, *v.* 1211. A feriente agnoscitur Filius Dei, 642, *v.* 1086, etc.; 646, *v.* 1220, 1221. et ab aliis, 643, *v.* 1115. Christi divinitas ex miraculis manifesta, 651, *v.* 1364. Christus ad inferos descendit mortuos liberaturus, 651, *v.* 1382; 656, *v.* 1504; 664, *v.* 1728; 674, *v.* 2023. Christi mysteria ante prædicta, 651, *v.* 1386. A Josepho Nicomedo et Joanne a cruce deponitur, 648, *v.* 1257. A matre in ûlnas suscipitur tenera cum allocutione, 649, *v.* 1308. A supradictis sepelitur, 656, *v.* 1495. Ejus sepulcrum custodibus et sigillo munitur, 669, *v.* 1869. Corruptioni non potest esse obnoxius, nec a morte retineri, 671, *v.* 1916. Ejus ex tumulo resurrectio, 675, *v.* 2028, etc. Christus Mariæ se manifestat prius quam cæteris mulieribus, 677, *v.* 2094. Quomodo resurrexit, 680, *v.* 2191. Christus iterum se manifestat discipulis suis intrans in domum januis clausis, et ostendit manus et pedes, 691, *v.* 2494. Mittit Apostolos, et Spiritus pollicetur adventum, 692, *v.* 2509. Oratio ad Christum ex mortuis excitum, *ibid.* *v.* 2529, etc. Christus redibit peccatores judicaturus, 612, *v.* 215. Christus homo Deus, 655, *v.* 1489; 657, *v.* 1534; *ibid.* *v.* 1541; 661, *v.* 1635; 666, *v.* 1792. Christus manifeste Deus, 658, *v.* 1562, etc.

Cleophas Christum videt in via Emmaüs et in domo Mariæ Marci parentis visa enarrat, 690, *v.* 2468.

Conjugi magna salus cum conjux a conjuge non dissidet, 606, *v.* 32.

Custodes tumuli veniunt ad sacerdotes Christi resurrectionem annuntiantes, 680, *v.* 2191. Ad mendacium impelluntur datis muneribus, 681, *v.* 2221, etc. Licet ejus divinitati reddant testimonium, *ibid.* *v.* 2215; 682, *v.* 2242. Principum consilio acquiescunt, 683, *v.* 2283, etc. Pilatum adeunt et coram illo mendacium confirmant, 684, *v.* 2292. Impuniti dimittuntur, 687, *v.* 2371. Miraculum tamen secreto annuntiant, *ibid.* *v.* 2380, etc. Quam vanum eorum commentum, *ibid.* *v.* 2386.

D

Deus existit fortis supremus, et justus, 654, *v.* 1442.

Diaboli astutia primam parentem decipientis, 605, *v.* 1, etc.; 624, *v.* 575.
Discipuli Christum omnes deserunt, 611, *v.* 185.

E

Euripidis more scripta tragœdia Christus patiens, 605, *v.* 3. Sæpius citatur per imitationem, *ibid. et alibi.*

Evæ peccatum, 605, *v.* 3; 624, *v.* 575; 629, *v.* 718, 719. Factum ex superbia, 650, *v.* 1340, etc.

I

Inferos (in) descendit Christus mortuos liberaturus, 652, *v.* 1382; 656, *v.* 1504.

J

Jerosolyma, flammis tradenda, 645, *v.* 1196; 653, *v.* 1409. Jerosolymam luget Maria factam deicidarum speluncam, 659, *v.* 1594, etc.

Joannes Baptista Prophetarum maximus a plebe Hebræorum morti falso dicitur traditus, 649, *v.* 1286. Ejus vestimentum et cibus, 650, *v.* 1393.

Joannes evangelista discipulus Domini dilectissimus, 605, *v.* 7. Discipulus virgo, 644, *v.* 1154, 1155, 1165. Solus Christum sequitur fideliter, 611, *v.* 187. Joannes datur Mariæ filius, 630, *v.* 727; 638, *v.* 983, 984; 646, *v.* 1200; 660, *v.* 1615, 1616, 1629. Cum Josepho et Nicodemo sepulturæ Christi adlaborat, 644, *v.* 1154; 649, *v.* 1305. Divina mysteria clare exponit, 636, *v.* 932; 646, *v*, 1199; 661, *v.* 1634; 663, *v.* 1709. Joannes cum Petro ad tumulum currit, 688, *v.* 2412.

Jonas in ventre piscis Christi figura, 688, *v.* 1399, 1400.

Josephus Mariæ vir datus ab universo senatu, ut vindex foret castitatis, et pædagogus Christi, 651, *v.* 1350.

Josephus ab Arimathæa Christum sepulturus venit, 643, *v.* 1133. Cognationem cum Christo dicitur non habere, 644, *v.* 1158, 1159. Idem dicitur econtra habere, 648, *v.* 1281, 1282. Mariæ verba, ut eum ad Christi sepulturam hortetur, 647, *v.* 1246. Cum Nicodemo corpus Christi mortuum e cruce dimittit, *ibid.* *v.* 1257. et tumulo condit, 652, *v.* 1376; 655, *v.* 1465. Judicia Dei contra Jerusalem timet, 663, *v.* 1697. De Christi divinitate dubitans adhuc producitur, 665, *v.* 1767, etc.

Judas Iscariotes. Ejus proditio, 609, *v.* 136; 611, *v.* 173; 629, *v.* 708. Judæ facta allocutio ab Angelo vel ab homine, 611, *v.* 188. Funesta ejus mors prædicitur, 613, *v.* 231. A Maria durioribus verbis exagitatur, 614, *v.* 272. Quæ beneficia a Domino susceperit, 615, *v.* 302. Vindictam non effugiet licet criminis pretium projecerit, 653, *v.* 1406, 1407, 1414. Ejus supplicii prædictio, 663, *v.* 1687. Furcæ suspensus misere ejulans moritur, 653, *v.* 1426. Justo judicio percussus est, 654, *v.* 1433. Quia quod arcanum erat, ad ludibrium exposuit in medio hostium, 678, *v.* 2140.

Judæi ob Christi mortem mulctandi et e terra ejiciendi, 658, *v.* 1558; 662, *v.* 1665; 663, *v.* 1709.

L

Lacrymæ gratiam a Deo obtinent, et peccatorum solvunt vinculum, 634, *v.* 825, 826.

Lithostrotos male pro Calvario dictus, 627, *v.* 658.

Lydorum gloriosæ urbes, 659, *v.* 1584.

M

Malus vir nullo signo corporis potest discerni, 617, *v.* 349, 350.

Maria mater Dei, in æde sacra educata, 651, *v.* 1346, etc. Angeli manibus nutritur, *ibid.* *v.* 1349. Ab universo senatu viro modesto traditur qui foret vindex castitatis, *ibid.* *v.* 1350. Maria mater virgo, 605, *v.* 6. Luget tempore passionis, cur, *ibid.* *v.* 8. Sine peccato primi hominis, parens Domini non extitisset, 606, *v.* 24, 25. Peccatum primi hominis deplorat, 605, *v.* 1. Gladium Simeonis persentit, *ibid.* 606, *v.* 29, 30. Est pariens et non pariëns, partu qui rationem superat, partum experta sine partu, laboris expers corruptelæ et passionis, 607, *v.* 62; 609, *v.* 119; 619, *v.* 428; 622, *v.* 512; 624, *v.* 560; 631, *v.* 769; 636, *v.* 914; 638, *v.* 986; 639, *v.* 1024; 650, *v.* 1343; 651, *v.* 1355; 657, *v.* 1543, 1549. Mariæ virginitas obstetricis manu dicitur comprobata, 624, *v.* 563, 564. Ejus gaudium in Annuntiatione, 607, *v.* 71. Maria veneranda ab omnibus terræ incolis casta vocatur, 608, *v.* 101. Vult noctu currere ut videat Filii mala, 608, *v.* 88. Dubitans inducitur de morte Filii, qui, ut æternus, mori non potest, 609, *v.* 111; 619, *v.* 426, 427; 620, *v.* 439, 440; 627, *v.* 654, etc. Durioribus verbis Judam exagitans producitur, 621, *v.* 472, 473; 626, *v.* 611; 629, *v.* 697; 631, *v.* 754, 755; 635, *v.* 900. Credere videtur mortem Christi contrariam esse Angeli verbis, 620, *v.* 449, 450. Ipsa mortem timere videtur, 608, *v.* 107 *et sæpe*

alibi. Maria spe dolens sustentatur, 617, *v*. 354 *et sæpe alibi*. Metuum exuens pergit ad Calvarium, 629, *v*. 960. Mater Joanni datur, 630, *v*. 727 *et alibi*. Hanc ad patientiam Christus moriens hortatur, 630, *v*. 730, etc. Mariæ preces ad Christum morientem spe, dolore et indignatione contra reos permixtæ, 630, *v*. 738; 631, *v*. 767; 632, *v*. 802. Petri gratiam postulat et impetrat, 633, *v*. 815. Hanc Christus abire hortatur omnia illi concedens, 633, *v*. 834. Verba Mariæ ad Christum mortuum, 634, *v*. 848. Hæc consona prophetiis agnoscit, 634, *v*. 867. Mariæ maximi honores concessi in universa terra, 637, *v*. 962. Cæteris mortalibus Maria sapientior, 640, *v*. 1045. Perire exoptat deicidas, 641, *v*. 1059. Filium sepelire cupit, 643, *v*. 1121. Cadit gemens ante crucem, 646, *v*. 1223. Ejus lamentationes, 647, *v*. 1226. Josephum et Nicodemum hortatur ad sepeliendum Christum, *ibid*. *v*. 1246; 654, *v*. 1445. Vult Filium ipsa sepelire, 648, *v*. 1272. Christum in ulnas mortuum suscipit illum alloquens tenere, 650, *v*. 1308, etc. Mariæ allocutio ad Christum sepultum, 649, *v*. 1503, etc. Sepulcrum linquit, 660, *v*. 1609, etc. Lugens somno non indulget, 667, *v*. 1815. Magdalenam mittit ad explorandum tumulum, 671, *v*. 1930. Eam sequitur, 673, *v*. 1986. Sepulcrum invenit absque custodibus, 675, *v*. 2028. et lapidem revolutum, *ibid*. *v*. 2040. Angelum videt supra lapidem, 676, *v*. 2052. Hinc bis adit sepulcrum, 688, *v*. 2418. Facta a Magdalene rursum narrari jubet, 689, *v*. 2431. Christum resurgentem prima omnium videt, 677, *v*. 2094. Ejus pedes amplectitur, *ibid*. *v*. 2099, 2100. Eum verbis piissimis alloquitur, *ibid*. *v*. 2105. Ad sepulcrum redit, et secundum videt Angelum ad dexteram tumuli, 678, *v*. 2122. Christi resurrectionis varias ediscit circumstantias, 680, *v*. 2183, etc. Venit in domum Mariæ Marci parentis ubi audit disserentes discipulos Emmaüs, 691, *v*. 2494. Oratio ad Mariam et ejus encomium, 694, *v*. 2569.

MARIA Magdalene a multis liberatur dæmonibus, 672, *v*. 1943. Mittitur ad tumulum explorandum a Maria Christi matre, *ibid*. *v*. 1930. Sepulcrum conspicit absque custodibus, 675, *v*. 2028. et lapidem revolutum, *ibid*. *v*. 2040. Vadit ad Apostolos, *ibid*. *v*. 2047; 676, *v*. 2081. Angelum videt, 675, *v*. 2052. Christum conspicit redivivum, 677, *v*. 2094. Ad sepulcrum redit et secundum videt Angelum ad dexteram tumuli, 678, *v*. 2122, etc. Ad Apostolos iterum vadit nuntia, *ibid*. *v*. 2131. Hinc bis adit sepulcrum et bis fit nuntia, 688, *v*. 2418. Facta narrat, 689, *v*. 2431. Venit cum matre Jesu in domum Mariæ Marci parentis ubi audit disserentes discipulos Emmaüs, 691, *v*. 2477. Videt intrantem Dominum januis clausis et ipsum loquentem audit, *ibid*. *v*. 2494.

MARIA Marci parens, 660, *v*. 1612. In ejus domum conveniunt discipuli et sanctæ mulieres, 691, *v*. 2477. Matre nulla magis misera mulier cum natum videt mortuum, 639, *v*. 1019.

MEDORUM hyemalis terra, 659, *v*. 1586, 1587.

MIRACULA in morte Domini facta, 638, *v*. 993; 642, *v*. 1107; 646, *v*. 1202.

MORTEM perdidit Christus potius quam mortuus est, 635, *v*. 897.

MULIERES lacrymis faciles, 630, *v*. 725, 726, 748.

N

NAUTARUM in tempestate agendi ratio, 626, *v*. 622.

NICODEMUS, nocturnus discipulus venit Christum sepulturus, 652, *v*. 1135. Verba Mariæ, ut eum ad hoc opus adhortetur, 647, *v*. 1246. Cum Josepho corpus Christi a cruce demittit, 648, *v*. 1257. Et sepulcro aromatibus a se allatis condere studet, 652, *v*. 1376; 655, *v*. 1465.

P

PARENTALIA, inanis pompa viventium, 654, *v*. 1449.

PECCATUM originale, 1209, 605, *v*. 1. Ejus pœna, *ibid*. *v*. 10. Christum in ter-

ram venire, quodammodo cogit, *ibid.* v. 20.

PERSARUM aprici campi, 655, v. 1585.

PETRUS Christum negat, 611, v. 185. Ejus dolo, et gratia a Maria postulata et impetrata, 632, v. 809. Petro nuntianda Christi resurrectio duorum Angelorum jussa, 676, v. 2066; 677, v. 2086; 678, v. 2129, 2133. Petrus cum Joanne venit ad sepulcrum, 688, v. 2412.

PHRYGUM aprici campi, 657, v. 1535.

PILATUS Christum interrogat, salvare vult, sed postea populo conclamanti crucifigendum concedit, 618, v. 391. Vindictam non effugiet, licet manus abluerit, 653, v. 1406, 1407, 1410. Mentientibus sepulcri custodibus imo et sacerdotibus illos defendentibus ægre dat fidem, 684, v. 2292. Rem principum arbitratui relinquit, 687, v. 2371, 2372.

POPULUS audax præsertim cum dominatur, 675, v. 2032.

S

SACERDOTUM principes milites in custodiam Christi sepulcro datos ad mendacium impellunt, 680, v. 2191. Minas intentant, 683, v. 2267. Dant munera, *ibid.* v. 2280. Illos coram Pilato totos faciunt, 684, v. 2292. Causam obtinent, 687, v. 2371, etc.

SACRIFICIA vera sunt accensus zelus, spiritus contritus, modestus amor et præfervidus, 608, v. 83.

SANGUIS et aqua fluunt e latere Christi, 641, v. 1079; 642, v. 1102; 646, v. 1211.

SEPULCRUM Christi datum a Nicodemo, 652, v. 1376. custodibus et sigillo munitum, 669, v. 1869. A Maria bis invisitur, 675, v. 2028; 678, v. 2122.

SEPULTURA, exilis officii præstatio amicis impensa, 645, v. 1180.

SIMONIS gladius pectus Mariæ transfigit, 606, v. 29, 30.

SUPERBIA, primi peccati causa, 650, v. 1340.

SYLVAM montanam litteris implere, 649, v. 1292, 1293.

V

VERBUM Dei ex Maria fit homo, 624, v. 573.

EXPLICIT INDEX GENERALIS.